.t.	.y.	phi	chi	pſi	.o.longum.			
.τ.	.υ.	.φ.	.χ.	.ψ.	.ω.			

❡Vocales longæ ſemper.η.ω.❡Vocales breues ſemper.ε.ο.
❡Vocales ancipites ideſt quæ ad placitum ponuntur.α.ι.υ.
❡Diphthongi græcæ quas proprias dicunt ſunt ſex.

.æ.	.au.	.i.	.eu.	.i.	.u.
.αι.	.αυ.	.ει.	.ευ.	.οι.	.ου.
			.yi.	.o.longum	
Sunt & aliq adiungentes.			.υι.	.ωι.ſet ſunt iter	

īproprias.Impropriæ auté diphthongi ſunt αι.ηι.ωι.υι.ωυ.ηυ.

❡Ad lectorem Auctor.

❡Quæ deuoratæ barbarorum uentribus
Voraginoſis:noſtra ad uſqꝫ tempora
Infecta late barbariſmis ſtridulis
Nuper iacebant:Romulorum ſyllabæ
Tuentur ecce ſigna linguæ pérdita.
Iam iam puellæ uirgines libethrides
Arces amabunt ire per ſaturnias.
Nanqꝫ hos libellos hic ut auctor edidit
Vireſcit omnis ſyllabarum quantitas.
Sic ſit polito ſyllabarum tramite.
Sacrata pallas ibit in poemata.
Tun quæris iſtum condidit quis tramitem?
Oſtendo:primæ iambſcorum litteræ
Arctim ligentur:conditorem uideris.

Io. Fräcisci Quintiani Stoae Poetae Laureati de syllabarũ quãtitate. Epographia Prima.

Prohoemium.



VVM MVLTIIVGAM ac uariegatam maiorum sæpius cogitassem sentẽtiam. Quorum alii (ut refert Gellius) pandectas: alii miscellanea alii noctes: quidã antiquarũ rerũ: alii cornucopiæ: alii memorabilium: alii obseruationũ: qdam dubitationum: alii adnotationũ: nõnulli diatribas: alius rerũ non uulgarium: ille syluarum: quidã polihistoris libros inscripserũt, uisum est hoc opus. Epographiarũ non minus scite q̃ idonee: ne absq; titulo in oĩum pdiret manus: adpellare. ea potissimũ ductus causa: q̃ huiusce libri studiosos ad camœnalẽ mensum & ad musarũ cõpagem aditu facili transituros opinarer. Præsertim quũ apud cæteros hæc ars aut confusanea: aut fallax: uel claudicãs haberet metrica. V nde difficulter: ac intestino: intercutaneoue sudore adulescẽtes sacrosanctam syllabarũ potuissent excerpere frugem. Quocirca ut quærẽtibus desit labor: studiosis flacescat tediũ: curiosis absit scopulus: in hoc opus: quicqd ad artem pertinere rebar Metricam: transtuli. Primitus nãq; quorũdam triuialium labeculis: & fece mucida ita effundebãtur syllabæ: ut satius: digniusue perpenderem: si eorũ solifugæ niues fuissent atramentum. Nã & errores ad se trahebant ueluti ferrum magnes: & ut in adagio est κεκιας νεφος.i. cæcias nubes. & si cui mox tituli ampullata: ansataq; uidebitur ostentatio: ut totius operis concinnem perseuerantiã inspiciat: exhortor. In recessu enim magis q̃ in fronte recipiendũ existimabit. Icciro ut res dictis: & dicta rebus inter se luculẽter cõcordẽt: aliqd de Poetica primum exordiemur: ut mox qcqd liminaris pollicet pagina: id posticum operis cõprobet Calcispicium.

Tituli plurimi.


Niues atramentum.

Prouerbiũ

De poetica. Cap. I.

Poetica philosophia.

Poete morũ magr̃i.



Oeticam artẽ apud priscos philosophiam adpellitatam auctores referunt. Qua ab ineunte ætate (ut Strabo ait) uiuendi modus: uitæ dispositio: affectuum series ac uicissitudines phisiologice disponebantur. Hac enim rectæ uiuendi uiæ: salubres animæ rationes: gerendæ administrandæq; res: culti & elegantes mores: instinctus: affectiões rerum ordo ordinis gradus: graduum uenustates dignosci consuerũt: ut q̃ cũ delectatiõe fieri possent ac iucũditate adgredi nõ allucinareẽt: quapropter nõ absq; cã Poetas mor̃ magr̃os noĩauit antiquitas. Antiqtas inq̃: quũ semp poeticã fuisse arbitrer. astipulante philosophor̃ philosopho Aristotele: cui: quo sub tpe poetica hũerit principiũ: necesse fuit addubitare. Ex quo nec imerito q̃ huic arti incubuerint cæteris antiquiores extitisse legimus. q̃ñgdem summus oĩum machinar̃ Motor. & rex nõ inficiandus Opifex ab ipsis mũdi (ut ita dicã) unguiculis mystica sua p poetas recensenda: decãtãdaq; demãdauit. Quo circa (ut Geographus ait Strabo) græcanicos adulescẽtes poeticis cognitũ initiari disciplinis: utpote q̃ tãq̃ theologice nõ merã uoluptatẽ: set defecatam ac illimẽ moderationis gr̃am cõtinerent.


Philosophor̃ philosophus.

Poete oĩb⁹ antiqores.

Unde Poetica. Cap. ii.

Poetica uñ Muse uñ.

Aĩa mũdi iuppiter.



Oetica aũt a furore cœlico: & diuino: entheoq; suffimine puenire dr̃: quẽ a musis: & musas ab altitonanti Ioue oriri cognouimus. quo annuente oẽs cœlor̃ uoluũtur uertigines: elementa mutuo nexu solidant̃. Vñ non abre mundi aĩam ab aliquibus dici utiq; rimabundus intueor. Quibus auxilians in pastorio ludicro Mantuanus Homerus concinit. Ab Ioue principium musæ. Iouis omnia plena. quod latius nos Orpheos libro primo diximus. Set & Theocritus in theog. Ab ioue sunt uates felix quem deniq; musæ Obseruant &c. Qua ratiõe motus Peripatheticus ille inquit Iouem cœlum ueluti cytharam tenẽtem: cœlestem efficere Harmoniam. Præterea sciendum est a Censorino cognominari melicã: ueluti legitimam musicã ac modulatam. Vñ omnes Poetas melicos accõmodo dicemus epitheto: q̃d Cicero & Stephanus & Ausonius & gellius testant̃: unde ẽt melicũ uel melodicum poetam græci melopion nuncupant: & poetriam sappho melodẽ: & Simõides ob amœnitatem a græcis dr̃ γλυκύποδος q; dulcia canebat: hæc ex Pio nr̃o: & ne aliquos imittere hæc dixisse uolui: q̃ tanq̃ plagiarii surripiunt: nec illis tribuũt per quos pfecerint.

Pastorium ludicrum.

Mãtuanus homerus.

Orpheus Quintiani opus.

Poetica melica.

Poete melodici.

Poete melici.

Melopius: Melodes. Sappho.

Poetices origo. Cap. iii.



Poetices origo.

Hanc aűt a thracib⁹ cű musica uenisse i.x. testať Strabo: cuius originē apud Babylonios aliqui prīo suis mandarűt monimētis. Græci apud se prius fuisse īdubitato aűtumāt iudicio. Non deesse auctores a Nébrotho exortā affirmātes uidimus: quorű opinionē nō tantum taxamus ut nugatoriā: quātű minus uere locutos fuisse cōtēdimus. Parcant babyloniī: cedāt græci: ingeniis suopte floreant: tű (qd eorű pace dixerim) ad excogitādā hāc diuinā: ac gēmascentē Poeticā aptissimum idoneűue nō ꝓtulerűt ingeniű. Et si ab iis minime: quāto minus a Gigāte barbaro: infido ꝗ cœlestis curiæ cōtēptore inuentā existimaueros? Nos uero potius Omnipotēti rerum artifici acceptum referemus: qui moderatam mundi machinam certa ratione & metri Harmonica dispositione regit: & ordinat. Quod edocens Pythagoras in cœlestibus terrenisqꝫ rebus ait esse Harmoniā. uerba insuꝑ Diodori bibliotheces sue. vi. hisce astipulanť dicētis. Musis a patre concessam lraꝝ inuētionē carminűqꝫ: quā poetices dicem⁹ rōnē. Hanc exercuisse primű hæbreos: qui multo ante græcoꝝ poetas fuere: sacre testanť lræ. A qbus Phemonoen exercuisse dixerim. mox post Phemonoen. xxvii. ānis floruerűt Orpheus: Linus: Herculis magistri. Homerus: Hesiodus multo iuniores bello Troiano. ante Homerum Philemon: Thamyris: Amphion: Dimodetus: Phœmius: Sibylla: Epimenides cretensis: Aristeus proconessus: Asbolеus cētaurus: Isans: Euclius cyprius: Orius samius: Prouethida atheniensis: apud Romanos uero tardius Poetica exculta est. Nā referente. M. Catone ab urbis principio Poetæ contēptui hēbanť: & uulgo crassatores noīabanť. Vñ mirari nō est. si. M. fuluio nobiliori uitio datű est. ꝙ is consul quű esset: in ꝓuinciā ætholiā. Qu. Ennium secű duxisset. Set primű: q Romæ poetices studium intulerit: fuisse Liuiű Andronicű cōsono ore cōspirāterqꝫ oēs testanť: quā auxerűt Qu. Enni⁹. M. Plautus: Næuius: Paccuuius. Accius, & Lucillius: & notandű est (Pausania teste) quandam Beo uatem pythiā ꝓfessam fuisse primitus poetā quēdā Olenum extitisse.

Poeticæ quis inuētor. — *Cui litterarű inuentio referatur.* — *Quis primű poeticā exercuerit.* — *Phemonoe.* — *Poete post phemonoen.* — *Liuius andronicus.* — *Poeticam q auxerűt.* — *Beo uates pythia.* — *Olenus prim⁹ poeta.*

¶ Quid sit poetica: & quid differat a poesi: & poemate. Cap. iiii.

Poetices diffinitio. — *Poetica.*

Poeticæ artis fictæ ueræqꝫ narrationis cōgruēti rhytmo uel pedemetrica structura cōpositæ diffinitionē eē Diomedes scribit. qd & Varro dixit. ¶ Distat autē a Poesi: & poemate: ꝙ poetica est ipsa ars. unde delirāt dicētes poetriā Hora. quű poetria sit fœmia: sicut psaltria ut apud Terētianű Dr hæc eadē ꝑclara poetria sappho Poesis ē signatiuű & cōtext⁹ corpusue totius ꝑacti opis: ut Aenæis Metamorphosis. Cuius tria

Aliquorű error. — *Poetria.* — *Poesis genera.*

genera Fortunatianus scribit.s.actiuum narratiuum & cõiũctiuũ:
Poema. de quibus ipsum legito. ¶ Poema(ut ait Possidonius)est dictio nu
merosa:seu metrica:siue aptissima operosæ orationis speciem exce
dens:ut Maxima tellus:iouis æther.uel Poema diuinarum huma
narumq; rerum inuẽtionẽ cõplectens. ¶ Præterea memoriæ man
Laus ĩ uer dandũ est Poema esse narrationem numeris:& uersibus cõnexam.
sificatione. Poeticam aũt facultatem in uersificatiõibus fingẽdis dici:sup qua
Vituperiũ te legito et Nouiũ Marcellũ. ¶ Poematum mox uersificatiões lau
in uersifica dant grauis:plena:æqualis temperata:subtilis:circũspecta:florida
tione. & uenusta:qbus cõtrariæ sunt tumida:dissoluta:exilis:fucosa.hæc
ex Fortunatiano. ¶ Præterea auctore Cæs.basso.Spẽs poeticẽs lati
Spẽs poeti. næ sunt hæ.Dactylica:Epigrãma:Iambica:Lyrica:Tragœdia:Sa
latinæ. tyra:Prætextata:Comœdia:Tabernaria:Attellana:Rhythmoni
ca:Mimi;licet inferius latius disceptauerimus. De tribus poetices
characteribus Seruium legito:& Lancilotum curium lib.ii. quãq̃
paulo inferius aliqua nec spernenda recensebuntur.

¶ Quid inter poeticam:& cæteras disciplinas. Cap. v.

Cæterarũ quoq; disciplinarũ (quod & Cicero ꝑ Archia
innuit)humana diligentia:doctrina:p̃ceptis:& arte:co
Poeticã nõ gnitiões adquiri in dies facile:& procliuiter dignoscit.
facile asse ¶ Poeticam uero facultatẽ nisi diuinitus inspiret furor
quimur. quẽq̃ nõ posse asseq maiorũ ẽ opinio:aut ꝙ sciẽtias fere (ut Strabó
geograph.primo auctor est)in se omnes continet:aut qa nisi qs in
Poetica o sudauerit:aut diuini:& furentis numinis pticeps fuerit non nãcisci
mnes facul mur.Quod innuens sacratissimus Plato ait multa Poetas mystica
tatescõtict decantare quæ quidem & ipsi decedente furore uix intellegant.In
Poema cu super mellifluus ostendit illi quosdã ineptioris ingenii a furore cor
ius inuẽtũ. ripi.insinuans fere præclarum opus ac poema non hominis inuen
Poetica. tum:set deorũ esse immortalium.mox teste Aristotele Poetica ma
Historia. gis uniuersalia.Historia uero singularia pertractat.

¶ De poeticæ artis speciebus. Cap. vi.

Poeticæ Poeticæ artis species tres esse docti referũt. ¶ Actiuam
species. siue imitatiuam græcis δραματικην uel μιμητικην
dictam. Enarratiuam siue enunciatiuam:quæ græco
rum εξηγεματικη uel επαγγελτικη dicitur uocabulo.
Dramati Tertiam communem uel mixtam quam græci κοινην uel μικτην
ce. nominant. ¶ Dramatice est:in qua solæ agunt personæ nulla au
Exegema ctoris interlocutione ut in tragœdiis comœdiisue. ¶ Exegemati
tice ce est:in qua solus poeta loquitur citra personarum elocutionem:
Micte. ut in carminibus Lucretii. ¶ Micte est:in qua & poeta & personæ

eloquuntur.ut in Ouidii metamorphosi: qđ opus concatenatum adpello:quia perpetua ac recta serie omnes cõcatenatæ sunt fabulæ:sup qbus nostrũ distichoꝝ iam editũ extat Opusculũ:& qa sub iis multæ militant spẽs idoneum duxi eas breuiter recensere. Cõcatenatum opus. Oui.meta. Distichoꝝ in ouidiũ opus nrm.

¶ De speciebus dramatices. Cap. vii.

DRamaticen multas hr̃e spẽs apud græcos haud ignotũ est.s.Tragicam:Comicam:Satyricã:Mimicam. apđ nos Palliatam:Togatam:Prætextam:Tabernariam: Atellanam:Planipedem. Dramatices spẽs. ¶ Tragœdia est heroicæ conditiõis in aduerso statu compræhensio.cuius subiectum & materia sũt dolores:lachrimæ:odium:cædes:uenena:incendia:amaritudines:ærũnæ:cordolia:singultus:suspiria:filioꝝ disiecta mẽbra: domoꝝ infortunia:Furiaꝝ concitationes:& ut hoc nr̃o concludã pentametro Insidiæ:arma:doli:uis:furor:ira:neces. Propterea iãbica rabie feruescit carmen tragicum. Ideo Archelao petenti ut Euripides de se Tragœdiam scriberet:Euripidẽ respõdisse aiunt ab eo exorãdũ: ne quid accideret quod dignum tragico eẽt carmine; & dicit̃ ἀπὸ τοῦ τράγου καὶ τῆς ᾠδῆς hoc est ab hirco:eo ꝙ donaretur eo aĩali tragici carminis Poeta. Vnde refragabilis uates Horatius. Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum.uel quia(ut alii referunt) ꝙ hiscus uinearum hostis est:& ob hoc alterno hoc carminis genere decantato Libero patri sacrificabant:uel a τρύγα: idest fece: inungebant enim ora fecibus ante usum personæ.In hac aũt flouerẽ apud græcos Aeschylus:Sophocles:Euripides: Arion: Phrynicus: Ion:Acheus:& Philadelphi: Ptolomæi temporibus septem fuere tragici:quos à stellarum consimili claritate nominarũt Pleiadas.s. Homerus non ille magnus: set cuius Homero uocabatur mater: nam & Homeros octo fuisse Archilochus testatur græcus auctor: quod & tangit in æquiuocis Xenophon. Sositheus: Lycophron: Alexander:Anciades:Soliphanes: Philiscus. apud Romanos Pacuuius:Ennius:Varrius: Ouidius maxime a Quintiliano: Cornelio tacito:& Tertuliano laudatus:post quos Seneca: in quo genere & nos præsertim in Christi horrendo exitio. Tragœdia Tragœdie subiectũ. Archelaus Euripides. Tragœdia unĩ dicit̃. Irrefragabilis uates horatius Tragici.vii pleiades. Homero mulier. ¶ Comœdia est priuatæ ciuilisq; conditionis sine ullo uitæ periculo. & dicta est ἀπὸ τοῦ κωμοῖν. sunt enim comæ rusticorum conuenticula. Iuuentus enim attica circum pagos progredi solebat: & quæstus causa tali uti carminum genere uel dicitur ἀπὸ τοῦ κωμάζειν:quod est com messatum ire. nam solenni adposito die lasciuientibus choris hoc carmen cõcinebãt.Huic ꝓpriũ fuit.xxiiii.adhibere saltatores:sicut Tragœdiæ.xv.In comedia autem sunt concessi amores:pharetrati Comœdia Come. Comœdia unde. Saltatores comici Saltatores tragici. Comediarũ materie

cupidines:fenum trahaces ac morosæ tenacitates: iuuenum furti-
uæ amationes:meretricum lupatæ fraudes:seruorum dolosæ tech
næ:Lenonum prælibata scrutinia: parasitorum profunda uoraci-
tas:sodalium opportunæ opitulationes:militũ insurgentes ac glo
riosæ cristæ:matrum indulgentiæ:Patruorum inhibitiones:legito
etiam Apuleium lib.Floridorum.iiii.In hac floruere Susarion:Nu-
Poete comici. lus:Eupolis:Aristophanes:Cratinus:Plato(non philosophum di-
co)Pherecrates:Menander:Philemon:Phileſtion:Epicarmus:Ma-
gnes:Crates:Phrynicus.apud nostros Cœcilius. Plautus: Neuius:
Licinius:Attil..s:Terentius:Turpilius:Trabea: Luſeius: Ennius:
Personarũ usus. de quorum palma Sedigyti extant carmina. In comœdiis primo
Romani usi sunt galeris nõ personis. Personis autem primus usus
Rosci⁹ gallus. est præcipuus hystrio Roscius gallus:eo q̃ esset indecorus: & ocu-
lis obuersis.Set multa ac plura in libro de metris discurremus.
Satyrica. ¶Satyrica apud græcos fuit fabula:in qua: non ut tragici poetæ
reges heroasq̃:set satyros pene rusticos induxerunt,. res grauitate
Saltatores satyrici. dignas iocis lusibusq̃ immiscentes.Satyrarum genuinum fuit tot:
quot tragici:habere saltatores:qui lusus risusq̃ cum luctibus im-
miscerent in hac Pratinas excelluit:apud nos aliud Poematos ge-
nus satyra est:quod Lucillius inuenit:maledicum: ad omnium ui-
tia carpenda.post illum Varro attacinus:mox Horatius secutus ẽ:
Iuuenalis laus. inde persius:exin Turnus de quo mentionem Sidonius facit: mox
Iuuenalis:de quo Acron super Horatio loquens ait.deniq̃ si Iuue-
Satyrographus. nalis non scripsisset nemo isto esset melior:& reuera Iuuenali: quẽ
Satyrographum adpello:non immerito palmam docti tribuunt:
Iuuenalis satyricis melior. quorum opinionem in nostro latinorum iudicio affirmamus.
¶Mimus est sermonis gestusq̃ cuiuslibet imitatio nulla adhibita
reuerentia:unde mimum quasi imitatorem dicimus: & quum alia
Mimus quoq̃ poemata idem faciant:tamen quasi priuilegio quodam no-
Mimus uñ men possedit:quia communiter id retineat.Mimum scripsisse So-
Sophronis poema sub capite platonis phrona quendam referunt:quem adeo adprobauit Plato: ut mo-
riens eius poema sub capite habuisse dicat. ¶Palliata: quæ a græ
cis in latinum uersa est:usus primum est Liuius Andronicus:quem
Cecilius:Plautus:& alii plures secuti sunt. ¶Togatæ fabulæ dicũ-
Palliata. turq̃ quæ perscriptæ sunt secundum mores: & habitus hominũ to-
Togata. gatorum.idest Romanorum:quia uterentur togis:uelut palliatas
Togati q. græcas dicimus fabulas a græcorum habitu.Togatarum tot:quot
palliatarum:species sunt. Nam aliæ prætextæ: aliæ Tabernariæ:
aliæ attellanæ: aliæ planipedes nominantur. ¶Prætextæ; quæ &
Prætextæ. prætextatæ:sunt quia fere regum:aut magistratuum:qui prætexta

utuntur facta compræhenduntur. ¶ Tabernariæ dicuntur : quia non reguni:sed uilium personarum : eo quod tabulis tegerentur: acta designabant. ¶ Attellanæ ab attella oscorum ciuitate ubi primum cœperunt:dicuntur argumenta dictaq; iocularia continentes. ¶ Planipedes græci dicūtur mimi:mimographi quoq; & mimologi a Firmico Iulio horum fuere cynœdologi:Ityphali:dicelistæ:& alii plures:ideo a latinis planipedes:quia planis idest nudis in proscœnium actores introibant:non ut tragici cum cothurnis:nō ut comici cum soccis. Togata igitur prætexta similis fuit tragœdiæ.tabernaria comœdiæ : attellana satyricæ : Planipes mimo. set de his hactenus:quum apud cæteros latior sit lectio . tamen etiam Rhyntonicæ quædam erant(Donato teste)a Rhyntone uilissimo nugatore tarentino. set a Pio repræhenditur : quum rhyntonicas abiectas uiles:humiles:interpretatur ex sententia Columellæ ; qđ nostris adulatur auribus.

Prætextis qui utanť. Tabernariæ. Attellanæ. Planipedes Mimi Mimographi. Mimologi Cinedologi. Ityphali. Dicelistæ. Planus. Cothurnꝰ tragici. Soccus comici. Rhyntonicæ. Rhynton. Donatꝰ reprehensus.

¶ De speciebus exegematices. Cap. viii.

Exegematice tris species tantum continet.s. angelticen: Historicen:didascalicen. ¶ Angeltice in qua morales continenť sententiæ:ut Phocylidis libellus:Horatii epistolæ:Probi opusculum:quod uulgo Catoni perperam tribuunt. ¶ Historice qua genealogiæ:& alia describūtur fabulamenta.ut Ouidii metamorphosis.Hesiodi theogonia. ¶ Didascalice est:qua rerum natura aut de syderibus scribiť.ut Lucretii carmina:Varronis:& Macri:qui duo fm aliquos non dicūtur poetæ: set Epopœi:sicuti omnes sine figmento aliquid explicantes.

Angeltice. Hystorice. Didascalice. Poete qui. Epopei q.

¶ De speciebus mictes. Cap. ix.

Micte has habet species Heroicam siue epicam : Lyricam a Cicerone melicam dictam:elegiacam:Dithyrambicā Iambographam:Epigrāmatographā: Hymnographā. Asmatographā:Epithalamiographā Monœdā : Georgicam:Buccolicam:Epos:Rhapsodiam. ¶ Heroica siue epica est: in qua poetæ magnifico grauiq; dicēdi gn̄e:ac heroico carmine fabulas allegoricas necnō delectas:facūdiáq; singularem describūt. Præcipui apud græcos hi.Homerus:Hesiodus:Panysis : Antimachus:Pisander:apud Romanos Vergilius:Cornelius: Seuerus : cui secundum locum daremus(Quintiliano teste) si ad exemplar primi libri bellum siculum perscripsisset. Lasciuus quidem Ouidius in heroicis:& nimium sui amator igenii:set si quis bene rimeť multiplicem structurā Nasoni ueniam dabimus.Hos secuti sunt Lucanus. Statius. Valerius Flaccus & alii. ¶ Lyrica siue melica in qua

Heroica. Epica. Cornelii Seueri laus. Ouidius lasciuus. Lyrica. Melica.

ſane ut nunc uulgo cantores:q de q̃uis re cãtilenas(quas uulgo cantiões & latine dicimus)uernacula ligua fabricarũt.ut Dãtes:Petrarcha:& nr̃a ætate plures:quos:nisi eorum uigeret phama:enumerare cõtẽdere. ¶ Epithalamiographa in q̃ poetæ nuptiarum ſolẽnitates cõcinunt.ut Heſiodus de Peleo & thetide:Theocritus de Menelao & Helena:Ptolomeo & Berõice.apud nos Catullus de Peleo & thetide.Claudianus de nuptiis Honorii. ¶ Monœda ĩ qua unicã perſonam ĩnſignẽ cũ fabulamento poetæ deſcribunt.apud latinos rari.apud græcos Theocritũ Bιõis interitum lugere referunt. ¶ Georgica in q̃ auctores heroico carmine agriculturæ precepta cõplectunt.ut Heſiodus apud græcos:apud nos Vergili⁹: qd̃ geographũ opus adpello:q̃ ſeriũ dixit Apuleius. ¶ Bucolica in q poetæ lingua utunt ruſtica.hoc carmẽ primũ Daphnin cõpoſuiſſe nõnulli arbitrant:quẽ ſecuti ſunt Bion:& Theocritus:quẽ nr̃ imitat⁹ eſt Maro:cui Calpurnius & Memeſianus ſucceſſerunt:quis nã bucolici fuerit ĩuẽtor carmĩs refert Georgius Valla lib.xxxviii.ca.iii. ¶ Epos eſt qñ poetæ heroico uerſu diuinas res heroicas hũanaſq; cõpræhẽdũt.in quo genere primus apud nos digne ſcripſit Liuius Andronicus:q Romano℞ geſta octo & decẽ libris enarrauit: q & Annales dicti:& dr̃ ϖαρα το εϖω το λεγω qm̃ hoc uerſu uerba mutuo rñdẽt. ¶ Rhapſodia eſt poema aliq̃ portiũcula diſcretũ diuulſumq;:& dr̃ ϖαρα τὸ ῥαϖτειν q̃ uerſus ĩ unũ Volumẽ cõtexant. Vel q̃ olim Homerici ptes carmĩs in theatralibus circulis cũ baculo ꝓnũciabãt.Et qa circa Poeticã uerſamur nõ abſonũ erit: ſi oẽs poetas latinos noĩatim & breuiter ſubiiciã.licet in nr̃is Triumphis carmine heroico fabricatis oẽs ẽt recenſuerim.aliquos Pet. Crinitus in unũ cõgeſſit.De Poetis uero apud græcos ſcripſerunt Zeno cythieus & Ariſtoteles.apud nos.M.Varro: & Vulcatius Sedigytus:quorum opera temporum iniuria conciderunt.

Cãtilena. Cantio. Epithalamiographa. Moneda. Georgica. Serium Vergilii opus. Geographũ uergilii opus. Buccolica. Epos. Annales. Rapſodia. Triũphos Quint. cõpoſuit. Quis de poetis ſcripſit.

¶ Poetæ Latini. Cap. x.



In nãq; apud Romãos floruerũt poetæ. Liui⁹ Andronicus romanus epicus.i.heroicus.T.Liui⁹rom. tragicus: quẽ Liui⁹ſalinator libertate donauit:de quo Liui⁹.vii. de bello punico.Quint.Enni⁹ teſte Eutropio tarentin⁹; uel ut alii Rudin⁹ heroic⁹.Plaut⁹Sarſinas comic⁹.Gn.Næui⁹ campanus comicus.Stati⁹Cæcili⁹Mediolanẽſis comic⁹.M.Paccuuius brũduſin⁹tragic⁹.L.Accius rom.tragic⁹.Terẽti⁹ Chartaginien. comicus. Lucilius ex arũca urbe Auſoniæ ſatyricus.Titinius rom. rogata℞ ſcriptor:Hoſtili⁹ rom.annaliũ fabricator.Qu.Fabi⁹Lucull⁹rom. epic⁹.Galbi⁹Baſſus rom.ſatyricus. Sext. Turpilius rom. comicus.

Liuius andronicus. T.liuius. Ennius. Plautus. Neuius. Cecilius. Paccuuius. Chartaginienſis. Accius.

Terentius. Gn.Mattꝰrom.mimographꝰ:Afraniꝰrom.comicus.Fabiꝰ Dorse
Lucilius nus rom.comicus.M.Attiliꝰrom.tragicus.Qu. Trabeas rom. co-
Afranius micus.G.Aglius rom.comicꝰ.Liciniꝰ Imbrex rom. comicus. Qu.
Atilius. Nouiꝰrom.attellanaꝝ scriptor.Lucet.Ch itus rom.heroicꝰfuit &
Aquilius alius Lucretius comicus:quē Fulgētiꝰcitat:q & quēdā Succiū no-
Licinius minat comicū.Callimachꝰrom.heroiꝰantiquꝰ. M. Cornutꝰ rom.
pōponius. satyricꝰEgnatiꝰrom.heroicꝰ.Vganius ro.epicꝰ. Pōponiꝰ Bononi
Laberius. ensis atellanaꝝ scriptor.D.Laberiꝰrom.mimographus.Qu.Catu
Catulus. lus rom.epigrāmatariꝰ.Qu.Atta rom. togataꝝ scriptor. Publius
pub ius. natiōe syrus mimographꝰ.Portiꝰ Licinius rom.epigrammatarius.
Licinius Vale.Aeditiuus rom.epigrāmatarius.Catullus Verunen.epigram
Catullus matarius.Cor.Licinius caluus iābicus rom.Q .Cornificius rom.
Cornificiꝰ epigrāmatarius.C.Heluius cina rom.epigrāmatariꝰ.M. Furius bi
Bibaculꝰ. balculus Cremonēsis iābicus.P.Terentius Varro atacinus:q oriun
Terē. uar. dus ab atace uico ꝓuinciæ Narbonensi uel abatace fluuio: ut aliis
placuit heroicus.C.Ticida ro.epigrāmatarius. Furius Antias rom.
annaliū scriptor heroicus.L.Iulius calidius rom.heroicus. Tullius
Antias. Laurea rom.epigrammatarius.¶Post hos eruditiores nati.P.Ver
gilius Maro Mantua.heroicus.Horatius Flac. uenulinus lyricus
Vergilius. T.Valgius ro.elegus.Albius Tibul.rom.elegus.Fulgentius quoqꝫ
Horatius. alium Tibullum Flac.comicum citat:sic Memorē tragicum:Ruti
Tibullus. liū geminiū tragedi opiū.M.Mallius:qui & Manillius: rom. heroi-
cus.Gn.Cornelius gallus foroiuliēsis elegus. Sextus Aurelius pro-
Gallus. pertius Mœuanius elegus.L.Varius romanus tragicus.C. Mecœ-
propertius nas ethruscus elegus.P.Ouidius naso Sulmonensis elegus. Qu.Va
Ouidius. rus Cremonensis elegus.Iunius Columella rom.heroicus.Palladi-
us Rom.elegus.Cassius Seuerus Parmensis elegus. Domitius Mar
Mōtanus sus rom.epigrāmatarius.Iulius Montanus rom. heroicus.C. Ger-
Macer. māicus Cæsar heroicus.Cæsius Bassus ro.lyricus. Aemilius Macer
Seneca. Veronensis heroicus.C.Rabirius rom. satyricus.L. Anneus Sene-
ca hyspanus pr̄ia Cordubensis tragicus.C.Asinius gallus rom. epi
persius. grāmatarius.A.Persius flaccus uolateranus satyricus.Cornelius Se
Lucanus uerus ro.heroicus.M.Anneus Lucanus Hispa.pr̄ia cordubensis he
Getulicus roicus.Pomponius secūdus rom.tragicus. Gneus getulicus epigrāma
tarius.Sextilius Hæna hyspañ.prima cordubēsis heroicus. Seleius
Sabinus Bassus ro.heroicus.Clodius Sabinns ro.elegus.C. Pedo Albino ua
nus rom.epigrāmatarius.Gildas Britānus elegus:sed magis epigrā
Statius matarius.Vulcatius sedigitus ro.iābicus.Statius Papinius Neapo
Silius. litanus heroicus. Silius Italicus hispa. heroicus.C. Valerius Flac.
Valeriꝰfla. Setinus Patauinus heroicus.D.Iun. Iuuenalis Aquinas satyricus.

Aruntius Stella patauinus elegus. M. Valerius Martialis hisp. Bilbili natus epigramat. Sentius Augur ro. epigrammata. Vestricius Spurina ro. lyricus. Voconius Victor ro. epigramat. L. Paulus passienus ro. uel umbrius eleg. T. Annianus ro. fescenninographus. M. Marullus ro. mimographus. Au. Serenus ro. lyricus. Vergilius ro. com. mimiãbographus. Ruffus. F. auienus ro. heroicus. Alphi⁹ Auitus ro. iãbic⁹. Septimius natione afer hymnograph⁹. T. Calpurni⁹ siculus buccolicograph⁹: aliũ a Fulgẽtio Calpurniũ comicũ cẽtari iuẽio. q & Sutriũ noiat comicũ. Pindar⁹ Ausonius heroic⁹. Aurel. Olymp. nemesian⁹ carthagiñ. buccolicogr. Mau. Terẽtianus chartagin. iãbicus. Cl. Claudianus Alexãd. ex ægypto heroic⁹. D. Ausonius Gal. Burdegalen. epigrãma. Damasus hispan. hymnogra. Iuuẽcus hispan. heroicus. Aur. prudentius cle. ro. & ut docti censent hispan. heroi. Pontius Paulinus burdega. heroi. Licenti⁹ Hipponen. heroicus. Venãtius honori⁹ fortũat⁹ Rauẽnæ erudit⁹ heroic⁹. Faustus Gal. uaffates: & ut aliq Lugduneñ. heroi. C. Sol. sidonius Apolinaris burdegalẽ. sed ut ipse ait Aruern⁹ heroi. Boeth⁹ Seuerin⁹ ro. lyricus. Mart. Capella heroi. chartagi. Petronius arbiter ro. satyricus. Sedulius ro. heroi. Arator ro. hero. Prosper Aqtanicus epigrã. Architrenius Gal. heroi. Lactãtius Fir. elegus. Rhẽnius Fan. ro. heroicus. Proba Falconia ro. centronographa: q̃ nouum & uetus ex Vergilii uersibus contexuit instrumentum. Sueuius ro. heroicus

Iuuenalis
Martialis
Calpurni⁹
Serenus
Ruffus. f.
Terẽtian⁹
Claudian⁹
Ausonius.
Iuuencus.
Prudenti⁹.
Licentius.
Fortunat⁹.
Sidonius
Petronius.
Mar. cap.

¶ Neoterici ẽt aliq sunt: quoꝝ nec spnẽda legunt carmina ut Dãtes Florẽtinus heroicus. Frãc. Petrarcha Florẽ. heroicus. Io. Boccatius certaldus heroicus: quẽ magis oratorẽ dicendũ censeo uernaculũ. Carolus Arretinus heroicus. Maffeus Vegius laudensis: & ut latinius loquar Pompeio politanus heroicus. Frãc. Philelphus Mediolan. heroicus. Iouius Pontanus Neapolitanus heroicus. Michael Marullus Constantinopolitanus epigrammat. qui duo meo quidem iudicio antiquis comparãdi sunt. Angelus Politianus Florenti. heroicus. Io. Picus Mirandulanus heroicus. Callimachus ro. elegus. Ansel.m⁹ nepos Parmensis tragic⁹. Aureli⁹ agurellus iambic⁹. Pacificus ro. elegus. Io. Baptista carmelita Mantuanus heroic. Pãphilus Saxus mutinensis epigrammatographus: & plures alii: quos posteritati comẽdandos prætermitto: dii faxint ut Brixianæ urbi sim honestamento: quum & nunc. Ipse aliquod toto nomen in orbe geram. set de his hactenus.

Neoterici
Dãtes flo.
Petrarcha
Io. boccatius orator uernacul⁹.
Põtanus.
Marullus
Politianus
Anselmus.
Aur. aug.



¶ Quãtũ amati poetæ primitus fuerint. Cap. ii.

Poete diuini.

Ere diuini habendi sunt poetæ: quos ingeniorum fons Homerus apud omnes honoris esse demonstrauit par-

Ingeniorũ fons homerus.

ticeps. Vnde antiquis sub seculis eos non tantum muneribus: sed
etiam amoris uinculo reges condecorarunt. Proh dedecus ingens
dedecus: quum aliqui Platonis more ex urbibus eiiciendos autu-
ment. illud nephandum ostentantes Homerum uelut insanientem
quinquaginta drachmis ab atheniẽsibus mulctarum. & lacedæmo
nios Tyrreum mentis impotem dixisse: & archilochi uersus e ciui-
tate exportari iussisse: taceant obsecro donec pro poetis nostra eda
tur apologia: set interim uideant quo honore antiqtus habiti sunt
auidite io ac animaduertite poetaꝝ cacomastiges. Quis enĩ tã ue-
strum myops est: & exoculatus: qui Archelao macedonũ regi con-
tubernalẽ fuisse nõ legerit Euripidẽ? Anacreonta Polycrati samio
rum tyráno? Hieroni syracusis Aescylũ & Simõidẽ? Nõne teste Pli.
Menãder a qbusdam regibus p legatos nauimq; petitus ẽ? L. plotiũ
Mario: Terentiũ Lælio familiares fuisse q ignoret est nullus. Nõne
Decius Bru. eo quod eẽt pclarissimi uir ingenii adamauit Accium
Nõne Scipioni fuisse Ennium charissimum in orõne p Archia te-
stat Cicero? ciuitate Theophanẽ mitileneũ donauit Põpeius. Titũ
Liuiũ tragicũ ob ingenii meritũ a Liuio Salinatore: cuius liberos
erudiebat libertate donauit. Cherilũ i alexãdri oblectamẽtis fuisse
nullus it inficias. quem coluit Augustus præter Vergiliũ? Horatio
quis diuitias obtulit? Mecænas. Antoninus ad diuitias extulit Op
pianum. Statium laurea Domitianus: Ausoniũ consulatu donauit
Gratianus. Dãtẽ Florenti. sicelidum rex honorauit aragonẽsis Fæ-
dericus. Frãciscũ Petrat. Ioãnes galliaꝝ rex coluit munificẽtissim⁹
& nõ tm̃ uiuẽtes: set ẽt fato fũctos in honore habiti fũt uates. Ale-
xãder cognomẽto magnus referẽte Pli. libros Homeri: quẽ uiaticũ
dicẽs cũ ense noctu sub puluinari tenebat. Si plutarcho credimus.
Darii scrinio cõtinuisse legit: q & homeꝝ q̃ti faceret (Flauio uo-
pisco referẽte i uita Probi) apud Achillis sepulchrũ demõstrauit: de
quo nostrũ tale carmẽ ẽ: qđ nõ minus delectabit quã placebit. lege

Viderat immensum tumulum armipotentis Achilli.
  Magnus Alexander quum stetit: & gemuit.
Sic ait. argolici felix o phama triumphi:
  Cui licuit tantæ dicier ore tubæ.
Quæ tua dardanios dixit fera bella per hostes:
  Et tua bellaci tela cruenta manu.
Te tantum illiaco laudauit dextera bello
  Dixit & in minimum pelias hasta diem.
Set grauis altisono resonat tuba homerica bombo:
  Vnde eris in totas uiuus olympiadas.

Cõtra poe tas.
Pro poetis
Archelaus rex.
Euripides.
Anacreon.
Polycrates
Hiero.
Aescylus.
Simonid.
Menander
L. Plotius.
Terẽtius
Accius.
Ennius.
Theophra nes.
T. Liuius.
Cherilus.
Vergilius.
Horatius.
Oppianus.
Statius
Ausonius.
Dantes.
Petrarcha.
Hõerici li.
Alex. i poe tas fuerẽtia
Epigrãma nrꝫ đ alex.

reuera poetaꝝ propitius fautor fuit Macedo: qui & euersis Thebis
Pindari uatis parci iussit penatibus. Set ad Homerũ reuertar: quo
dum careret grámaticus quidam ab Alcibiade pugno percussus é
Atheniense. Præterea Spartiano teste Aelius uerus Rom. impera-
tor Ouidianos amores noctu cõtinuisse repertus est. ꝙ nisi cineres
poetarum ingeniosissimi amore prosecutus fuisset amatorios libel
los pertractasset nunq̃. Quid de alio dicẽdum iudicauero? qui Pla
tonem poetarum Mantuanum Homerum adpellauerit. & ut om-
nibus maiori sit admirationi: præcipitati in mare Hesiodi corpus
ad litus retulerunt delphines: cuius & interfectores tẽpestate obru
ti fuerunt. & apud Sarmatas gentem barbarã publica impensa Na
soni Ouidio constitutũ fuit sepulchrũ. Nonne poetis & ipsos deos
propitiabiles beneuolosq; fuisse testatur Plinius? si quidẽ ab oracu
lo Archilochi interfectores reprehensi sunt, mox & tanquã delitias
suas Sophoclem Liber pater sepeliri demandauit: qui & bachantes
in arbores cõmutauit ciconas: eo ꝙ Orphea uatem celeberrimum
trucidassent. Iam transeo Simonidem: qui diuino admonitu bis ab
exicio liberatus est scilicet & a maris & triclinii infortunio. Præte
reo ꝙ Antipatri Sidonio poetæ dii concesserint. Non referam quo
amore honoreue me Iacobus Euraldus heduensiũ ꝓsequatur eps.
Quintianum inter familiares suos primum nominat Stoæ fauet
uelut frater essem. quæ in me cõtulit enumerarem bona: nisi apud
oẽs patẽs esset cõmerciũ. at iã restat ut qd sit Poeta recenseamus.

Quid sit Poeta & de eius officio. Cap. xii.

POetam solum sapiẽtem noĩari solitũ oĩs asseuerat poste
ritas: cuius doctrinaꝝ oĩum scaturientem cognitiõem
multi assignãt: ut Musæo: Lino: Orpheo: Homero: Pin
daro: Hesiodo: attribui uidemus. Quáobrem diuinum
adpellat Plato ꝙ quasi aliquo deoꝝ dono: atq; munere comẽdatus
mortalibus uideat. sanctum Ennius noĩat: ꝙ nõ hũana: set diuina
tẽtare: atq; eo quo nisi ducẽte deo puenire nõ é copia: pgere cogno
scit. Vñ Hora. non minus scite q̃ uere ait: dices húc esse poetã Inge
nium cui sit: cui mens diuinior: osq; Magna sonaturũ dic noĩs hu-
ius honorẽ. Istis ĩ primo tuscu. germana loqtur oratoꝝ achilles Ci
cero dicẽs poetã graue plenũq; carmẽ aliquo mẽtis instinctu effun
dere. sil'r ĩgeniosissimus uatũ Ouidius Naso regionalis opis. iiii. Im
petus ille sacer q uatũ pectora nutrit. Idẽ amatoriæ doctriæ. iii. Est
deus in nobis: sunt & cõmercia cœli. Sedibus æthereis spiritus ille
uenit. Qui si altius intonasset fere altitonãti Ioui poetã præposuis
set; & quis melius potuisset exprimere? Phineu qd euomis? te poetã

Alcibiad.
Grãmatic⁹ percussus.
Pindarus.
Aelius Ro. imperat.
Ingeniosissimus poetarum.
Plato poetarum.
Hesiodi corpus.
Ouidii sepulchrum.
ꝓpitiabilis
Archilo.
Sophocl.
Orpheus.
Simonid.
Antipater sidonius.
Iacob⁹ uraldus eps.
Poeta sol⁹ sapiens.
Poeta omniscius.
Poeta diuinus.
Poeta scũs.
Poeta qs.
Achil. oratoꝝ cicero
Regionale ouidii op⁹.
Amatoria ouidii doctrina.
ꝯ phineũ.

dicis & proterminas: eo q̃ uno haustu: & spiritu uini uas meri sgurgites: uis poeta conspici? primo quale sit Poetæ officium discito.

Poete officium

¶ Poetæ quale officiũ esse debeat nõ minus eleganter q̃ decenter scribit Horatius: Aut prodesse uolunt: aut delectare poetæ: Aut simul & iucunda: & idonea dicere uitæ: aliud poetæ officium ab Isidoro æthimol. viii. ponitur: ut sub fabularũ delectabili nube: & iucundo fictionum cortice: aliquid ueræ naturæ: ac philosophiæ deprahendat. Iccirco ait Aristoteles fabulã tãquã animã esse poematis. Quod ẽt in genealog. docet Bocchatius. Hic obiter non insulsum erit si Poetã prorsaicũ Apuleiũ: & Historiopiũ poetam Lucanum adpellari admonuerim. Hæc dixisse uolui ut floridior: magisq̃ multiplex hæc prima habeatur Epographia.

Fictionum cortex


Fabula aĩa poematis.

Poeta prorsaicus

Poeta historicus.

Poetica licentia.

¶ Quid sit Poetica licentia. Cap. xiii.



Oeticã licentiã usurpari a quibusdã triuialibus: & umbraticis uidimus. Quorũ sua tanti demẽtia est ut cõtra regulas rationes: artẽq̃ progredi concessum esse opinẽtur. Poetica aũt licentia est ut si solutionibus utamur sæpius: si collisiões aliqñ nõ admittamus: si unũ ꝓ quolibet ponamus ligno: ut est apud Macrobiũ. si uocalẽ longã uocali sequente breuiemus: si derelictis grãmaticoꝝ nugis latũ iter capessamus quo ad differentias. Nõ aũt est licentia poetica in syllabis aberrare: stilum euertere: humilia extollere: superba deprimere: cõnectẽda dissoluere: dissoluenda uincire: solida exinanire: cassa roborare: lugubria hilarare: gaudia lugentibus uerbis recensere: alte incipe: depressius define re. set dementiã potius dicam bacchicam. Hei non possum quin uices doleam. Scribimus indocti: doctiq̃ poemata passim. ut Venusinus. ait Quæ carmina hodie in lucẽ prodeunt? in iis nullus sensus: hic nulla carminis ratio: nullus ordo: lepores nulli: nulla scientia: nil litterario dignũ comercio: oẽs licentiosi: in oĩum ore licẽtia semper: nõ expers loquor. & carminibus indulgeo indulgeboq̃ Si uiuere nobis Fata diu dederint. testari asseueranter Iouẽ possum lapideum me adhuc carmẽ non deduxisse claudicans nisi impressoꝝ sint labeculæ: an propter carminum paucigraphiam? nõ certe. quũ me & diecula sola mille uersiculos cõponere: qui experti sunt: nouere. hic supersedeo: quum nihil turpius sit quã seipsum extollere. me extollant plura edita: ac edenda uolumina: quibus non solum hominum gratiam: set adepti sumus immortalitatem. inposterũ scripta non durabunt forte: edidi tamen tanq̃ duratura. de poetica licentia in libro de metris latius diximus: & scitu nec indignũ est nõ semper Maronẽ licentiæ temeritatẽ amasse: ut ex Macrobio legimus

Vices doleo.

Iuppiter lapideus

Auctoris gratia.

Vergilius nõ amat licentiam.

Poeticæ et licentiæ Strabo primo greograph. meminit.

¶ Quid inter Poeticá & metricam arté differat. Cap. xiiii.

ARtis poeticæ mores: stilú: iter: affectus: ordiné: Poeta ut seruet documentú est: ut pôt uideri apud Horatium: nõ aút penitus carminis rõnem ut male sensit Mancinellus alioqui exquisitissimus. unde uellicatur a Scauro apud Senecam Ouidius metamorphoseon. xiii. q minus præcepta serua uerit eo q minorem non esse uirtutem scire definere q̃ loq: innuat. Sút enim Ouidii uerba in præallegato libro ubi ait de tumulo Polyxenæ: quú polyxena esset adducta Achillis imoláda tumulo Hecuba inquit. cinis ipse sepulti In genus hoc sæuit. poterat esse contentus (Ait Scaurus) adiecit tumulo quoq sensimus hosté: neq hoc contentus adiecit Acacidæ fœcunda fui. Vbi si uelimus gementis matris naturam rimari: & affectum. potius Ouidio q̃ Scauro adhæ rebimus. quod latius in nostris dubitationibus disputauimus. uerumtamen in affectu ut in tristi quum uideatur ludere a Seneca dánatur metamorpho. i. ubi de diluuio loquitur: quem & in dubitationibus excusabo: aut excusare uiriliter conabor. Præterea a Donato in eunuchum dánaẽ Maro: & negligens habetur. quum post occisum mezentium nõ facta noctis mentióe statim intulit. Oceanú interea surgens aurora reliquit. utinam Donatus ipse suggillator nõ esset negligentior. quis nãq putet mane uenisse: aut uétũ nisi prius nox abierit? placet ideo ut legas Seruium. primo cõmétario ubi Virgilius ait. Et iam finis erat. q. i. æ. s. Ideo lector hæc adnotasse uolui ut circa hæc artem uersari cognosceres poeticam. de qua etiam Seruius. mox quantum in poesi ars ualeat Enniano uel notum est defectu: q ab Ouidio dicitur Ennius ingenio maximus arte rudis. notú insuper illud Vergilii est: quú Enniú præ manib⁹ haberet interrogatus qd faceret: íquit se auũ ex Enniano stercore colligere. ¶ Ars aút metrica est: in qua metrorum genera: & syllabarũ demõstraẽ quátitas. ut apud Terentianú: Seruiú: Probum: Victorinum. Capellá uideri pôt. Itaq omissa arte poetica metricá exequemur: & primo de pede: sine quo ícedere ars metrica pculdubio impos est: quia eo carmine & nũeri incedere uidenẽ: sicut gressu pedibus ue aĩaĩia ingrediunẽ.

Ars poetica. — Mácinell⁹ male sentit — Ouidi⁹ uellacatus. — Ouidi⁹ defensus Scauro nõ hereo. — Ouidi⁹ dánatus. — Vergilius damnaẽ. — Vergilius defendiẽ. — Contra donatum. — Ennius sine arte. — Ennii stercus. — Ars metrica.

¶ De pede. Cap. xv.


PEdem subleuationé esse: ac positioné duarũ ampliusue syllabarũ spacio cõpræhensam Diomedes diffinit: aut pes est metrica syllabarũ cõstructio: & numeri prima pgressio per legitimos & necessarios sonos iuncta cũ certa temporum obseruatione: & nisi duæ: aut plures deueniant syl-

Pedis diffinitio.

labæ quæ arsim:& thesim: aut ecõtrario faciant pes nullo pacto dici potest. ¶ Pedum aũt alii bisyllabi:alii trisyllabi:alii duplices: ut adpellant Donatus & Cæsius Bassus. quos tamẽ aliqui neoterici tetrasyllabos uocãt:nõ desinũt insup q̃ addũt pẽtasyllabos: nos uero ẽt hexasyllabos.i.sex syllabaꝝ ad põem⁹.: quos lector hic subiicio.

¶ Pedes bisyllabi numero quattuor:tẽpoꝝ.12. Cap. 16

Spõdeus. Põtificius.



Spondeus.l.l.ut musas:qui & põtificius dicit:nomẽ trahit απο της σπονδης hoc est a libatiõe. nam in templis spondaica carmina componebant: ne libantes sonum abominosæ audirent uocis.uel ut duabus longis symphoniis propitia deorum uolũtas solidaretur.ex quo Numa Pompilius Ro.rex ariolationis potens dum diuinaret hunc pedem nominauit Pontificium:qui & spondaico melo utebatur patrios placans ĩdigetes.

Numa põpi.ariolator.

Trocheus. ¶ Trocheus.l.b.ut nympha alio noĩe choreus: chordax:conon:rutilius dicit απο του τροχου hoc est a rotatu.nam uolubiliter incedit modulatio trocheis contexta. uel παρα το τροχαζειν.idest a discursu:q̃a discurrentes in sacrificiis deoꝝ uterent. Aurunci hunc rutilum adpellarũt:quia in bello reducta dextra cũ clamore tela iam uibrata iaciebãt.Hunc ẽt mercurio dicatũ aliqui affirmãt:qui impetu longo:& mira festinatiõe in breuem gressum finire dr.

Trocheus mercurio dicatus.

Iambus. ¶ Iambus.b.l.ut ceres.alio noĩe daunius uel gradarius dicitur παρα το ιαμβιζειν.hoc est a cõuiciis. q̃ maledici hoc utant carmine.uel a Iambe puella:quæ hoc uersu lacerata laqueo turpiter suũ oppetiit diem:uel a Iamba Niobes ancilla:quæ lassam quærendæ proserpinæ fatigatiõe cererem apud dominam hospitio susceptam hoc carmine laudauit:uel dicit iambos quasi τριαμβος a triumphatore Dionysio:cuius laudes tali melo prosequebãtur:dicitur & gradarius eo quod sit Marti dicatus:quia iniens pugnas telum torquebat.Nam hi qui iaculantur breui accessu in extensum passum progrediuntur. Hunc prisci apuli daunium adpellarunt a duce suo Daunium q̃ graduali pugna duos dimicare constituit ut dextero assequente paulum sinistroq̃ progrediẽte pede gradus firmaretur.

Iãbe puella.

Daunius dux.

Pyrrhichi⁹ ¶ Pyrrhichius.b.b.ut dea:quem dibrachum: bibreuem: tripudiãtem:cinesiam:ægeona:pariambum:nominamus: dicitur απο της πυριχης.idest a saltu militari.uel a Pyrrho Achillis filio: qui citis modulationibus bis breuiter prominentem clypeum genibus incumbens:& terrore illo in hostem ferebatur. uel quia primus uictoria potitus eo metri genere laudatus est: uel dictus est pyrrhichius παρα τον πυρσον. hoc est a flamma q̃ mobilitatis tripudio acies flammarum imitaretur.

Pyrrhus. Achi. fili⁹.

¶ Pedes

¶ Pedes trisyllabi numero.8.temporum.36. Cap. xvii.

Dactylus.l.b.b.ut clodius cui herous & politicus nomen est:dr ἀπὸ τοῦ δακτύλου translatione articulorum: q in digyto sunt:nã ut in digyto longũ primũ articulum sequentes scimus eẽ breues:sic in dactylo uidemus. uel ab idæis phrygiæ populis:qui iouem puerulum:& eius uagitum ænea uasa concutientes similis pedis cõpositione psonantes celauerunt. unde illos populos dactylos adpellamus:a qbus iste pes merito po tuerit trahere nomẽ. ¶ Tribracus.bbb.ut qm̃.qui & tribreuis:bra chisyllabus:pigmon:choreus:trochichus:trinocheus:& ut Cice.in oratore ait Trocheus dr.quasi τρίβραχεα.i.tribreuis.& dicit cho reus quia coreis eius compositio conuenit. ¶ Amphimacrus. lbl. ut litteræ quem creticum:phasceninum:amphimeron:mensalem: nominamus dicitur ὅτι ἔχει δύο μακρὰ ἀμφὶ τὴν βραχεῖαν a binis scilicet protensis:quibus ab utraq; parte correpta continetur.& mi rari non est q dicatur creticus pes:quia Cretes saltantes eo utebantur uersu. ¶ Bacchius.bll.ut fugabunt.cui etiam œnotrius: pariãbus:tripodius saltans nomen est dicitur ἀπὸ τῆς βάκχης: quia a bacchantibus conuenienter componebatur.uel quia dithyrambicorum carmen:quod in honorem Dionysii magna ex parte talib⁹ constabat pedibus. ¶ Palimbacchius.llb.ut orator.qui & antibac chius:lauus:saturnius:altibreuis:proponticus:thessaleus:dicit πα ρα τὸ παλιν καὶ βακχεῖον q illi sit contrarius. ¶ Amphibrachus. bl.bquem etiam messit en.stolan:ianium:scolium:utrinq; breuem nominamus:dicit ὅτι ἔχει δύο βραχεῖα ἀμφὶ μακρὰν a binis breuibus.s.quibus utrinq; longa continetur. ¶ Molossus.lll.ut anchi ses alio nomine Hippius:channius : uertumius:extensi pes: dicitur. qui molossi ad bellum procedentes huius concinata compositione utebantur.uel quia hoc constabant pede odæ:quas in Iouis delubro canebant in memoriam Molossi filii Pyrrhi & Andromaches a quo festa molossia dicta sunt.dicitur quoq; Hippus ἀπὸ τοῦ ἵππου hoc est ab equis qa equestri pugnæ conueniens apto melo modulabatur. ¶ Anapestus.b.b.l.ut curios.qui etiam antidactylus dicitur ὅτι ἀνάπαλιν ἀντίχρονον ῥυτὸν δάκτυλον: quia recurrens sono reciproco dactylum repercutit.

Dactylus. Tribrach⁹ Amphimachrus. Bacchius. Palimbacchius. Amphibrachus. Molossus. Anapestus

¶ Pedes duplices seu quadrisyl.nũero.16.tẽpo℞.96. Cap. xviii

Dispondeus.llll.ut oratores dicitur : quod duplici spondeo constat. ¶ Diiambus blbl.ut oppacitas dicit qd' duplicem iambum contineat. ¶ Antipastus bllb.ut redemptoris dicitur παρὰ ῥαντισπασιν: quia iamb⁹ &

Dispõdeus Diiambus Antipastus

trocheus ex quibus componitur contrarii sũt. ℭ Ionicus maior.i. ἀπὸ μείζονος: llbb ut sermonibus. ℭ Pæan primus lbbb ut imperium. dicit ab inuentoris nomine. uel quod hoc metro laudes apollinis canerentur quas Pæana uocant: unde & Pæan aliquando dicitur apollo. ℭ Pæan secundus blbb. ut imaginis. ℭ Epitritus prim⁹ blll. ut reductores: ab aliquibus etiam hippius nominatur & dicitur quoniam hic pes ex spondeo constat: qui quattuor habet tempora & iambo uel trocheo tantum tria habentibus: quaternarius uero numerus ad ternarium relatus sesquitertiam proportionem seu rationem facit: quæ græcæ ἐπίτριτος dicitur. ℭ Epitritus tertius llbl. ut uestigiis. ℭ Pæan tertius bblb. ut amaryllis. ℭ Pæan q̃rtus bbbl. ut alacritas. ℭ Epitritus secundus lbll. ut proditores. ℭ Epitritus quartus. lllb. ut oratoris. ℭ Ionicus ἀπὸ ἐλάσσονος: hoc est a minore bbll. ut animosos. ℭ Choriambus lbbbl. ut historiæ: & dicitur ꝙ ex choro & iambo compositus sit. uel ꝙ in choris apud ueteres celebratissimus fuerit. ℭ Ditrocheus lblb. ut quintianus. & dicitur etiam dichorus: catatrocheus. ℭ Proceleusmaticus bbbb. ut ariete & dicitur παρὰ τὸ προκελεύστιν: idest ab hortatione & iussu nautico: ad quem ob uelocitatem aptissimum intuemur. Quos si quis uelit latius Diomedis & Donatiani euoluat uolumina. sed de eorum compositionibus Cæsium bassum legito & quum Diomedes pentasyllabos adiunxit sic & nos iungemus: quos in impressis Diomedis codicibus non omnes inuenies ad scriptos. & adnotes uelim pentasyllabos & Hexasyllabos pedes uocari Hetroplicos. eo ꝙ uariorum pedum combinatione nascũtur: nam ἕτερος dicitur uarius, ideo ne uario uerborum utamur anfractu prosequemur.

[Margin: Ionic⁹ maior. Pæan primus. Pæan secũdus. Epitritus primus. Epitritus tertius. Pæan tertius. Pæan q̃rt⁹ Epitritus secundus. Epitritus quartus. Ionic⁹ minor. Choriãb⁹. Ditroche⁹ Proceleumaticus. Diomed. restitutus. Heteroplici pedes q.]

ℭ Pedes pentasyllabi numero. 32. temporum. 240. Cap. xix.

ℭ Mollossospondeus	lllll.	ut	argumentatores.
Paraprieros	lbbbb	ut	composuimus.
Simplectos	llbbb	ut	ætas hominis.
Molossopyrrhichios	lllbb	ut	frumentaria.
Calotibos	llllb.	ut	collaudabamus.
Antiperiodicus	lblbl.	ut	multitudines.
Messobraches	llbll.	ut	existimantes.
Molossoiambos	lllbl.	ut	consulatus est.
Hippobraches	lblll.	ut	tela deponunt.
Bacchichoricus	llblb.	ut	desiderandus.
Chorodactylus	lblbb	ut	tullus armiger.
Chorobachius	lbbll.	ut	tela capessunt.

Strophus	lbbbl.	ut	instituerant.
Anticyprios	lbllb.	ut	exhiberetur.
Doriscus	lbblb.	ut	imperitabat.
Amabæos	libbl.	ut	colles superi.
Antamabæos	bbllb.	ut	loca muniti.
Iambocreticus	bllbl.	ut	reipublicæ.
Cyprios	blbbl.	ut	amore dei.
Antistrophos	blllb.	ut	recognouere.
Iambodactylus	bllbb.	ut	is indoctior.
Pariambodes	blblL	ut	manus reponunt.
Dochimos	bblbl.	ut	humiles deæ

Qui a Quintiliano Ciceroneue cõstare dicit bllbl.qd Cæsius ait.

Periambus	blbbb.	ut	diu fletimus.
Aegeoscolius	bbblb.	ut	bonus homerus
Messomacrus	bblbb.	ut	deus affuit.
Periodicus	blblb.	ut	amaritudo
Pyrrhichio anapestus	bbbbl.	ut	agilior est.
Dassios	bbbll.	ut	per ea præceps
Diphios	bblll.	ut	populabundi.
Probraches	bllll.	ut	in armis mortes
Hiortius	bbbbb.	ut	mulieribus.

Georgius ualla mancus.

¶ Hic aduertendum est apud Georgium Vallam mancos esse pedum ordines scilicet pentasyllaborum:quem errorem cui adscribam aut impressori(quod non faciam)aut ei qui minus diligens fuit:ad fatim dubius sum. ¶ Insuper Hexasyllabos pedes numero esse.64.nulli inficias euut:quorum nomina(quod equidem scierim)nullus latini græciq; idiomatis efformauit præter Franciscum nigrum cuius antequam illius opus uidissem:scitissimo(quoad poteram)adpellaueram nomine.quod multi(ut ita dicam) Quintianissantes ad probare possent.hoc erit maleuolis cordolio. q noua ausus fuerim effigurare nomina.suo iure dirumpantur. Susq; deq; facio modo doctis candidissimisq; eruditioribus placeam.quos ne succenseant oratos uelim:si minus idoneis nomina dederim uocabulis. forte post me emergent ingeniosiores aliqui(quod precor) qui idoneiores inuenient dictiones:quum facile sit inuentis addere.iam nostro marte inuenta prosequamur licet & aliquando Frãcisco Nigro in aliquibus concordem.iã lector accipe numero. 64. temporum.576.cap.20.

Dimolossus	llllll.	ut	uestros oratores.
Epimachrus primus	lbbbbb.	ut	crede facilius.

Latiopigmeon	llbbbb.	ut	culmis gracilibus.
Protomessos magnus	lllbbb.	ut	dixerunt leuia.
Dispondegeos	llllbb.	ut	firmamentum maris.
Epibraches sextus	lllllb.	ut	oratorum palma.
Trichoreus	lblblb.	ut	quintianus auctor.
Didactylus	lbblbb.	ut	imperitabimus.
Messopyrrhichius	llbbll.	ut	uegrandis iason.
Antidiscolios	lbllbl.	ut	dardanorum manus.
Epibraches secundus	lbllll.	ut	turbines uentosos.
Chanioanapestus	lllbbl.	ut	flectentes numeros.
Thessalocreticus	llblbl.	ut	pellas molestias.
Saturnioanapestus	llbbbl.	ut	formidine dei
Dactyloscolios	lbbblb.	ut	illia resecta.
Dithessaleus	llbllb	ut	torpore cedente.
Creticodactylus	lbllbb.	ut	strider horror niuis.
Heroocreticus	lbblbl.	ut	gratia quintiæ.
Heroochanius	lbblll.	ut	crimine conflato.
Amphimacrobacchius	lblbll.	ut	fama longa forti.
Epibraches quintus	llllbl.	ut	firmamentum cadens
Creticolatius	lblllb.	ut	clara uirtus fulget.
Creticochoreus	lblbbb.	ut	hercules meruit.
Propontidactylus	llblbb.	ut	infida prælia.
Amphimeroanapestus	lblbbl.	ut	cura nutrit apes.
Molossoscolius.	lllblb.	ut	instrumenta cuncta.
Dactylænocrius	lbbbll.	ut	crimina reseruans.
Epibraches quartus	lllbll.	ut	terris imperantes.
Messoproceleumaticus	lbbbbl.	ut	historia monens.
Epibraches tertius	llblll.	ut	feruent maris fluctus.
Dactylolatius	lbbllb.	ut	thura deis grata.
Latiostola	llbblb.	ut	exercitus omnis.
Anapestocreticus	bbllbl.	ut	rutili milites.
FHaberi pro muta sequente liqda Diomedes īnuit: & q̄ cōem reddat syllabā ut apud Verg.crineq̄ flagrātē.cui aduersans reclamo:quū.q̄.p se breuiet:& si ueꝝ eēt q̄d Diomed.ait.M.quū ante.n.liqdā ponit̄ in ītegra dictio ne muta dici posset:qm̄ mutæ offō fungit̄.nā ut ait Macro.græcorū more Vergili.posuit lib.9.Nec licio genitore minor:nec/fratre mnesteo:sed de hoc noīe in.6.uideto epogra.cap.i.& dixi in ītegra dictione:qa si eēt cōpositū nomē a dictiōe ab.m.n.īcipiēte uocalis supior posset breuiari:nō pp.m.n.sed iure p̄cedētis dictiōis ut cacō nestor.i.malus p̄cus:nā caco p se in cōpositione.o.breuiat.uberius legito in.6.epographia ubi de polymnia sit mētio.atq̄ inibi lexici auctoris fœdū leges errorē dicētis in polymnia.y.breuiari propter m.& sequentes litteras:copiosum hoc reddā opus ac florulentum: ut aliis(quod aiunt)progredi minime uideat pedibus.

Diomedi reclamo. Lexici auctoris error

ℭDe. G. Cap.37.

GQuā prīo īuenit Romæ Spurius Carbilius grāmatic⁹: Carbilii q prius uxorē abdicauit libertus: quū prius.c. p.g.oēs uterent̄ si Plutarcho credimus:non se offert ut de eo quo ad syllabas recēseā.sed ut a cōi neotericorum annutu errorē eliminē.est sciēdū apud latinos nō repiri dictionē a.g.īcipiētē sequēte.u.&alia uocali.Iccirco errāt qui dicūt gualfredū guielmū quū dicēdū sit o ualfrede o uielme o uido. Vannū ēt dicimus quē Guarinū seipse noīauit.cur fecerit ille uideat.Rūpat̄ Maleuolus Phineus:& euanescat:p nihiloq̄ hēat̄.ut lr̄a de q̄ nunc fiet mentio.

G.lrē īuentor. Sp.carbili⁹ C.pro.g. utebantur Error publicus eliminatus. G.in pricipio dictionis cum.u. sequēte u o cali ñ repit̄

ℭDe.H.aspirationeq̄. Cap.38.

HQuā Grillus in libro d̄ accētibus flatilē dixit:apud poetas nullā hr̄e uim cōstat:quis neotericoꝝ aliq hr̄e dispu tēt:eo q̄ Donatus dicat.h.īterdū cōsonantē esse:& q̄ sequente.H.sæpius p̄cedens syllaba breuis elōgatur.ut ui tiose semper apud Sedulium:quia nimia usum esse uidemus licentia.Dicant hi an aliquando apud poetas nō sequente.h.breuis nō reperiatur longa:hæsitabunt certe:immo si sequeretur.h.non esset propter aspirationem:sed propter cæsuram.Luctabuntur insuper: quia Maro collisionem non fecerit Post habita coluisse samo hic.i. a.hoc non est propter.h.sed similiter alibi usus etiam est:quem dardanio anchisæ.sic & Ouidius Castori amycleo:& amycleo polluci. Insurgent insuper:quia.h.sequente uocali non sinat præcedentem abiici uocalem : quibus quomodo respondeam in secunda

H.nulli⁹ ē uis flat ilis lr̄a.H. Sedulius licētiosus. Aliquorū opīo falsa.

Aspiratio graeca in.s. apud nos. S.sibilus non lra. H.qre non est littera. Martia. capella emaculatus. Apulei9 ille gráma. nõ classic9

uideto epographia.capitulo.26.enotato tñ hasspirationẽ graecam in.s.latinũ pmutari ut ἕξ sex:ἑπτὰ septem:ἕρπυλλον serpillũ iure optimo.nã.s.Mesalla sibilũ non litteram dicebat.&.h.ideo plerisq; non est littera quasi affines sibi cedant.Haec littera inducit mẽdum esse in impressis Martiani capel.codicibus ubi lib.3.de communibus ait syllabis.secundus modus quum correpta uocalis in unam definit consonantem sequente.Ν.est enim longa terga fatigamus hasta.impressores myopes penitus figura litterae decepti loco.Η.posuerunt.Ν.& ita quid uelit Capella & pueris erit notissimum.de hac Pontanus in libello de aspiratione ubertim & polite disputauit & Apulei cuiusdam grammatici ad satim obscuri circũfertur libellus in quo de aspiratione uocalium set perperam edisertatur apud graecos scripsit Cherobosschus.

De liquidis & quare liquidae. Cap.39.



At priusq̃ liquidas adgrediamur nõ inuenustum erit aliqua nec situ facilia:nec auditu rudia praetexere.quũ minus apd̃ triuiales cognita minimeq; ĩtellecta hoc ĩ opere sparsim & passim aperire polliciti saepe fuerimus.nostra ideo intererit quae liquidarũ sit cõditio:& cur eis tale inditũ sit nomen fideliter edocere.Liquidae auté propriae appellitantur.q̃ liquescant idest penitus a dictione collidantur abiiciantur ue.ut in hoc exemplo.Nate patris summi qui tela typhoea temnis.r.littera scandẽdo in dictione patris eiiciatur uelut patis diceretur eo quod liquescat.r.idest lubrico defectu ad nihilũ redigat.&haec est ratio. Nam unaquaeq; consonans medium tempus continet.unde quum patris lõgatur hoc fit.q̃a.a.naturaliter breuis unius est temporis.t.&.r.alterius:quae quidẽ duo tẽpora lõgae accidunt syllabae.&nulla longa fit syllaba nisi duobus eã metiamur tẽporibus:& si in hac dictione patris scãdendo.r.non elideretur quando breuiamus. breui (quod non possumus)duo syllabae daremus tempora. ex hoc quando uocalis naturaliter correpta est sequente una tantum cõsonãte unius cũ dimidio tẽporis est:quod tẽpus cũ dimidio longam mini me reddere põt syllabam.unde nõ mirum est si positione lõga fiat syllaba.nã uocalis natura breuis unũ tẽpus & sequentes duae consonantes alterũ cõtinent.ideo reuera protẽditur syllaba:& sciendum est ubi sit positio uocalẽ precedentem natura esse breuẽ:sed longa n positionis:quã dixi:ratiõe.sic est sequẽtibus.x.&.ȝ.q̃a una quaeq; istarũ uno constat tẽpore quũ duplices sint cõsonantes.haec a prophanis ĩtacta Domitius frater meus ut enotarẽ ĩpulit:quod latius in sua dicet metrobasi:nunc dicamus de lris quae reuera siũt liqdae.

Ligdae cur dicantur. Cõsonans q̃q; mediũ tẽpus hẽt. Positio q̃re longam dat syllab. Vocalis ante põnẽ natura breuis Quare.x.&.ȝ p̃cedẽtem faciũt longam.

¶De.L.&.R.liquidis. Cap.40.



L Et.R.liquidas(quæ & hudæ quibusdam dicuntur)cum mutis iunctas in eadē dictione cōmunes reddere syllabas poetarū exemplis patet.& notandum est si syllabæ naturaliter erunt breues sequente muta & liquida longationi & breuiationi adhærebūt.si uero naturaliter erunt longæ unq̃ breuiationē sūment.qđ nō adnotauit Tortelli⁹ ubi de.R.littera fit mētio: quū adnotare debuisset.ut patet pa naturaliter breuis est:in patris & longaē & breuiaē.in matris nunq̃.a.breuiaē: qa in mater natura ꝓducitꝰ:& licet.r.in matris collidereē nil qđē referret qa absq̧ duabus litteris tot etiā sunt tēpora:quibus ac quot una constat longa syllaba.Hic adsint eruditi.huc doctorū turba transuolet hæreo hæreo.quū Lucretii.lib.4.tale lego carmen. Propter enim q̃ quod morbi est quum corpus ægrotat.ecce in ægroto.e. breuiari muta sequente &liquida.licet ueniat ab æger qđ scribitur per diphthongū ab αεργος idest segnis:& longaē Iuuenalis saty.4. A uitiis æger solaq̧ libidine fortis.uel diciē ut uult.Pompe.ab αια ξω uel a uoce doloris αι αι.Mox testibus Plinio & Solino Gellio & Nonio agrippa diciē quasi ægri partꝰ:& Manilius breuiauit astrō. primo Miles agrippa suæ uenerisq̧ ab origine proles.quare id fiat humanissime lector.me nescire ingenue fateor. Vnum hoc mihi adscribas ꝙ fuerim primus qui animaduerterit.Iam triennium est quo id obseruasse me testari potest Ioan.Baptista Moranus noster sectator:& qui me uelut numen collit ac obseruat.Nō deerunt forte qui post me hoc dissoluāt iugum unicuiq̧ enim meliori me subdam sententiæ:tamen quid super hac re melius proferam in breui arte legito ubi de Heroici speciebus differo.Præterea Nestor ille inter litteratos non postremus nec medius in Sulpitium inuehitur: ꝙ dixerit aratrum naturaliter.a.longare medium : quum breuiet: quia græci per omicron scribant αροτρον.& nitiē auctoritate cuiusdam triuialis:& rancidi poetæ exemplo:qui Sidonium potius habere debeat tutorem dicentem Diuersas aratro uias cucurrit.est āt carmen phal.in quo post spondeum sequitur dactylus. Hic est ille Sidonius multi nominis poeta:quem classicum teneo licet ut inferius dicemus a b Hermolao Barba.damnetur.Nicolaus ferretus decipitur dicens Claudianum & Sidonium fuisse synchronos:quum Claudianus per multos annos hūc antecesserit.immo Sidonius de Claudiano mentionē facit.set repetatur iter.quum itaq̧ apud græcos per omicron scribaē:& apud Sidoniū breuietur Sulpitii non adhærebo sniæ tm̄mō lōgari dicētis:qa ab aratū aratu:& nisi eēt græ

Liqdæ cū mutis i scāsione.
Hudæ lræ.
Tortel. incuriosus.
Quitianꝰ. heret.
Aegroto pría breuē.
Agrippa.
Ingenue fateor.
Baptista moranus.
Ars breuis opusculū nostrum.
Nestor cōtra.
Sulpitium
Aratrū in syllaba.
Nestor incuriosus.
Sidonius apollinaris
Nicol. fer. decipitur.
Claudia.& Sidonius non coeuē.

ca dictio Sulpitiũ habere municipalẽ. hem qd oblitus sum? aliud ꝑfecto succurrit: nec minus uersificatoribus idoneum: quod hoc est nunqd sequẽte muta & liqda poterimus breuiare deriuatũ: in quo lra primitiui demaṯ. ut ita dicã ambulacrũ lauacrũ iuolucrũ simulacrũ: ecce in his lrãm primitiui .t. abiici. & .c. substitui: qa a lauatũ ambulatũ iuolutũ simulatũ ueniũt. id mehercle mltos iãdiu anxit: set tu lector meo qdẽ iudicio sẽp elõgato: quũ oĩno liqda mutæ iũcta nusq̃ lõgã breuiabit: rẽ oẽm supius uidimus. ¶ At qa de liquidis tractatui finis addẽdus ẽ: hoc solo calcem pficiemus. R. aliqñdo (teste Beda) solutionẽ pati: qa antiq cũ .R. lra uocalẽ uolebãt ꝑferri: ut in hoc: magno celauerat argumẽto: ut dicerẽt aruguméto: qa in qnto pede sit dactylus. ad id cõprobandũ Prisciani est regula dicentis in mentum noĩa seruare anteriorẽ uocalẽ q̃tã hẽbũt sua ꝑterita in penultĩa: ut ita dicã instrũm lõgat stru: qa ab istruxi & stru ẽt lõgaṯ. indumentũ breuiaṯ: qa ab indui. quãq̃ aliq indumẽtũ lõgãt ut in .4. uidebiṯ Epograph. & si antiq nõ dixissent arugumẽtũ pentasyllabũ qñ ab argui Cæsariensis regula eẽt penitus a penu lrario & camœnali academia explodẽda. Illud adde .L. apud Plautum litterã suspẽsum aliquẽ significare: ait eni quã ex me unã faciã lrãm lõgam: idest ut me suspẽdã: qa suspẽdiosi manibus & collo ligatis pedibusq; pãsis .L. uidenṯ facere. Insup scias .R. lra heroicã signari grauitatẽ: ut dixit Papyrianus quã caninã eẽ lram Donatus ait. Lucilius Irritata canis ꝙ .r. quam plurima dicat: Hanc autem inuentam ab Appio Claudio testatur Põponius. libro primo digest. græci etiã loco duorum ρ ρ σ ponebant ut pysos pyrrhos.

R. cũ uocali ꝓferrebatur. Arugumẽ tũ pẽthasy. Prisciani regula. L. suspẽsi notã hẽt. Plau. locus R. grauitatẽ signat heroicam. R. canina lra. R. lrẽ iuentor. Appius. Claudius. S. loco duorũ .rr. ponebant.

¶ Quomodo ꝑferanṯ trisy. dictiones muta & liqda seq̃nte. Ca. 41



Uia de liqdis dixim⁹ nr̃a itererit triuialiũ Barbarismos adfatim obrũdere. Multi eni utpote lrãrũ exptes i hũc icidũt scopulũ: q trisyllabas & q̃drisyllabas dictiões legẽdo prorsaicæ: quũ sequaṯ muta & liqda ꝑferre nesciant, ut tenebræ salebræ pharetræ. aduertãt iuuenes talia ñ noĩa iterloquẽdo ꝑferẽda eẽ breuia. & si i carmĩe lõgãṯ. uñ Terẽtian⁹ dicẽs Liuiũ Androñ. in penul. carmĩs heroici posuisse breuẽ syllabã ꝑfert hos Liuii uersus Bal the⁹ & reuocet uolucres i pectore sinus. Pressaq; iam grauida crepitẽt ubi terga pharetra. ecce ꝙ inuit pharetra i media nãliter breuiari. iis errorib⁹ sacerdotes idoctos sæpi⁹ iuenio obnoxios. Hui qd mĩserisli nãq; sacerdotes (eruditos excipio) doctioꝝ obtrũdũt aures: q i ꝙ uerba nesciant exprimere ne dũ bñ eloq̃ lras cõtẽnũt: sacra fastidio hñt. Hoꝝ qd est studiũ lenociniis icũbere: crines coaptare: aleas ptractare, Bacchanalib⁹ indul

Barbarismus qdam ꝑpulius. Penultĩa heroici breuis. In idoctos sacerdotes

gere.hem si ituræ nostro sacris initiarent:nunq̄ indoctos diuinis mi steriis adscriberem sint suopte Barbari. nos Augustino audientes desinemus.& quod incœpimus perficiemus.

¶De .M. Cap.42.



Aliquando liquidam reperiri idest scandendo abiici au ctorum lectio cōprobat.Horat.Forma captiuæ domi num tecmessæ.est autem saphicū in quo num te est tro cheus.M.quoq̄ quanta sit difficillimū scitu dicit Plini us:ut latius in.5.epogr.ubi de.m.finali agemus:& hoc est qa sequē te uocali abiicitur:sequente cōsonante est positio:in fine carminis est ad placitū ut ait Seruius in centimetro:& ut aiūt Quintilianus & Cicero in oratore postrema syllaba breuis an longa sit ne in uer su quidem refert:unde etiam Fortunatianus ait nihil iteresse an no uissima uersus syllaba sit longa an breuis.& memoria tenēdum est apud antiquos.c.cum.m.iuxta nunq̄ positum.ex quo Alcumenam non alcmenam dicebant:quod apud Plautum inuenies.

M.liqda.

Vitia carminis ad placitum.

C.cū.m. iuxta apd antiquos nūq̄.

¶De.N. Cap.43.



In iis p̄positionibus in & con aliquādo longari:& quan doq̄ breuiari Cicero in primo pfecti orato. Priscianus & Seruius scribunt.naturaliter autem elongātur si com ponantur cū dictione ab.f.aut.s.incipiente ut insula in fula.si cum aliis naturaliter breuiantur ut indoctus cōtorqueo:qd Cicero hoc dixerit legito.A.gelliū.l.2.cap.17.q̄ Seruius innuat le gito in primo cōmentario super cōstitit hic arcūq̄.m.c.q.s.¶N.p̄ terea nullam sequente uocali collisionem pati idē ait Marius.Quā litteram apud auctores aliquando esse inuenies liquidā:idest scan dendo in eadem dictiōe elidi.Petronius Atq̄ urbana progne.quæ. c.g.s.Idem Et baccis redimita daphne tremulæ.q.c.Ouidius. Ad mandata prognes & agit.s.u.s.i.Lucreti.Nil tamen esse signi mix tas.p.c.Vergi.S.currētem illigneis potare.c.u.Auson. Quid refert cornix an ideo ante cycnum.Martial.sic pernitiosus ichneumon. Idem nuda lacœna cycno.quod etiam uolens Priscianus in primo comprobare ait.m.&.n.post mutas positas communē reddere syl labam.quod diuersorum confirmatur auctoritate tam græcorum q̄ latinorum Ouidi.met.x.Piscosamq̄ gnydon.g.q.a.m.quasi uelit innuere.q̄.breuiari propter.g.&.n.in quem errorem manifestariū puerilemq̄ Priscianum Tortellium cæterosq̄ neotericos incidisse miror.uelim dicat Grāmaticorū triumuir quid referat an.g.&n.se quat.q̄.quū.q̄.naturaliter breuiet:& quū nō sit in eadē dictiōe ut i cycn⁹.qd cōuenit.q̄.cū gnydo:nihil certe.nō ignoro tñ Prisciani

In in sylla ba con in syllaba

N.collisionē n̄ patit.

N.liquida

Prisciani error.

Tortellii & aliorū error idem.

Robertus decipitur. uerba secus a Roberto gaguino accipi qui & ipse decipitur. Iccirco non possum non mirari Probum dicenté.g.&.n.in diuersa dictióe breuem posse lōgam facere syllabā.ut si dicas Ruta gnate facis Nicolaus ferretus ait Talia flāmato breuiari.a.pp.f.&.l.set fallitur.nā etiam Beda ait nunq̄.n.in diuersa dictione posse elōgare ideo hi nō longabitur propter.n.litteram nec breuiabitur syllaba. Hic nulla te teneat admiratio cur posuerim Nicolai ferreti errorem ita enim opus fuit ad maiorem affectum. Phineus obloquetur forte. set ut obloquenti me obiiciam alium censebo errorem. Georgius Valla tā græce q̄ latinæ rei peritissimus in commētariis in Iuuenalē suis infantario admodum errore lapsus est. ait auté ille in hac dictione signabit pp.g.&.n.i.uocalem breuiari. Proh Iuppiter hercæ in q̄s affanias.& meras nugas tam celeberrimi:& eloquétes incidunt uiri! Versus nāq; satyrici hic est. Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille Signabit fultusq; toro meliore recūbet? deceptus grauis uir:& alioq oculatus rebat carmé satyrici finire ut signabit eēt ultima carminis dictio:quū sequētis sit prima uersus. Signabit fultusq;.t.m.r. Ve3 ne erroribus cōcludamus. Quid Nigidius de hac lra.N.senserit ex.A.Gellio recitabimus.uerba Gellii.19.lib.cap.ul ti.sunt hæc. Inter lras.n.&.g.est alia uis.ut in noie anguis angaria & anchoræ increpat & icurrit & igenuus. In oibus aūt iis nō uerū.N.ponit:sed adulterinū:nā N.nō eē līgua idicio est.nā si ea lra eēt.lingua palatū tāgeret.ubi mancū esse Gelliū asseuero:& ita legēdū existimo. Inter lras.n.&.g.&.c.est alia uis.qđ exéplis cōiicere possumus.nam si.N.simpliciter ꝓtuleris erit uis alia:q̄ in dictione sequēte.g.&.c.nō inuenies.si placuerit Quintiano acceptū referet: q quotidie quoad potero enitar aliqua ex pte horreo lrario ꝓdesse exéplaria emēdādo:distinguendo:ac enotādo:qđ.M.Valerium Probum uetustatis amatorem factitasse legimus.quum ueteres negligi: ac gloria fraudari animaduertisset. Set quis erit nunc probus Probus? quis id audebit? quum nostri Impressores seculi ob pecuniæ famé myopes:ob iscitiam cæci sint & lusciosi:quorum incuria boni corrūpunt libri:fidanf uolumina. Ii nāq; calcotypi(eruditos excipio)cæcutiétes cognoscuntur.quos si meum eēt e terris eiicerem: eorumq; artem funditus euastarem:aut doctissimum(quem adpellant)correctorem acciperent:& non modo litteras inuertūt:set addunt syllabas:dictiones contaminant:monstra iterpollant magno cum auctorum dedecore. Hæc dixisse uolui ut Aldum manutium meum extollerem utriusq; linguæ reparatorem:qui adeo auctores restituit:instauratq; ut eorum animas imbibisse uideat. Dii faxint

Probum mirer. Nico.fer. fallitur. Geor.ualle error. Quid Nigidius d.n. lra senserit. A.gellius restitutus. Valerius probus. Contra impressores. Aldi manu[tius].

ut Aldus nr̃ diu uiuat: nã & hoc ipsum oẽs expetunt olympiades: uiuet semp: interea ad alia pertransibimus.

Quid.ph.sonet. Cap. 44.



Ideo multos non spernendæ eruditiōis dubitare an ph. habeat sonum quem.f.teneat: aut.p. ut ita dicam apher illud.a. an ponat ante.f. aut añ.p. Nos & olim dubitauimus: imo errauimus quũ sonum.f. usq̧q̧ putauimus hẽre. nũc resipiscẽtia quadã: quã metanoeã dicit Ausonius: excitus proculdubio asseuero tenere sonũ litteræ.p. qa antiquitus scribebant dictiones mõ cũ.p. modo cum ph. ut scropa scropha. calpurnius calphurnius. præterea ait Seruius aphricam dici quasi apricam licet in penultima permutet syllaba. imo expressius dixit Festus Põpe. uenire ab αγευφρικης apricus. unde ẽt putat aphrica appellari. mox aspicito. 4. epogr. ubi de. a. ante. n. quũ dissero illud marmor Mediolaniense de Quintiano quodã mentionẽ facere. ubi inuenies Semphroniæ per ph scriptũ & nos dicimus semproniam: qđ nõ est tabernariũ. ƥterea & latini aliqñ p ph. scribunt: q̃ græci p.p. tñ enotant ut Διιπυλη deiphyle υψιπυλη hypsiphyle.

Ph quid sonat. Ausonii locus. Apric⁹ uñ. Aphrica unde.


De.Q. Cap. 45.



Sequente. u. atem alia uocali (nõ. n. aliter inuenies) facit illud. u. nõ eẽ uocalẽ neq̧ cõsonãtẽ ut superius uidim⁹. tñ aliqñ (meo quidẽ iudicio) aliquã quãuis minimã consonãtis uim hẽre dr̃: quũ ƥcedẽtes syllabæ. q. &. u. in eadẽ dictione sint ambiguæ. Lucret. Quæ calidũ faciãt aquæ tactum atq̧ uaporẽ. Idẽ Crassaq̧ cõueniũt liqdis & liqda crassis. Idẽ calor ignis liquor aq̃ꝫ. Idem Liqdus hũor & uberib⁹. f. o. g. sup quo uersu Georgius errat Valla dicens primã syllabã eẽ breuẽ: quũ sit longa ea: quã dixi: rõne: uideto ẽt ĩ arte breui ubi de heroici specieb⁹ fit mẽtio. & scito nullã aliã cõsonãtẽ nisi adiũcta uocali posse syllabã facere præter. q. nam antiqui qstos custos scribebant. similiter in æreis tabulis hoc repertum esse legimus pequniam. Vnde Licinius Caluus nihil esse. q. dicebat q̃. c. &. u. itidẽ. K. Ex hoc nõ imerito. q. &. K. superuacaneas diximus litteras. Phineus marcidus: & nulli æris oblatrabit. oblatret tantũ uti ab omnibus abiiciat ut aliquãdo littera de qua dicturus adgredior.

Q. nisi ab⁹ sequentib⁹ uocalib⁹ nõ iueit. Q. ƥcedẽtẽ uocalem ambiguã facit. Geor. ualla error. Q. sine uocali. Q. stos. Pequnia. Q. nil aliud ẽ q̃ c. &. u. K.

De.S.&.T. Cap. 46.



De qua littera scribens Messalla eloquentissimus orator (Quintiliano teste) librũ integrũ impleuit: & quam non litteram set sibilum appellitauit: in uersu apud priscos collisionẽ passam esse nulli incognitũ est. Hostilius

Messalla de.s. librũ scripsit. S. non lra. S. collidit. S. sibilus.

annal.prino Sæpe græges pecuũ ex hibernis pastibus pulsi.Egnati
us de reꝝ natura pmo Roscida noctiuagis astris labẽtibus phœ
be Lucil. Venimus o socii & magnã pugnauimus pugnã.Quadri
garius Maiore in spacio ac diuersius iubebit̃.ire.Ennius Mercuri⁹
Nestoris error. iouis neptunus uulcanus apollo Idẽ.12.Omnes mortales uictores
cordibus uiuis.Lætantes uino curatos sonus repẽte. In campo pas
Aliqui dã nantur. sim mollissimus pertulit acris. Idem Egregius cordatus homo ca
tus helius sextus. Idem interea fugit albus iubar hyperionis cur
sum:super quo carmine Nestor decipitur dicens diæresim fieri in
iubar quum putet scandi ut albiu sit dactylus qñ dicendum est al
biu ut.u.remota.s.breuietur. Alcinius longe erit a primo quisqs
Probus errat. secundus erit.Catul.Tũ dabis suppliciũ.Aliqui tamen referunt.S.
in talibus non collidi:sed sequentem litteram:ut in hoc. tu dabis
S.collisa ꝑcedẽs lfa breuis. supplicium:scandas tu dabis uppliciũ:quam opinionem explodito
ꝑ illud Sueuii hoc genus arboris in platis finibus grais.quo in car
mine oporteret.g.&.r.collidi sic in Aeditui uersu.Aut hymber cœ
lo candidus ꝑcipitans ubi.p.&.r.essent collidẽda.Probus uero:ubi
de metaplasmo:refert in isto.Nam fierẽt iuuenes subito ex infanti
bus paruis posse,scandi ex infantibns paruis:inuens in quinto pede
esse spondeũ & ti longari.b.&.p.positiõe.quod nõ adprobo:quia si
illud Catulli tu dabi suppliciũ scanderetur tu dab supplicium car
S.in soluta orone collidebatur. men pẽtametrũ claudicaret.ideo tm̃.S.abiici in his fixim teneto.&
nõ spernendũ est semp qñ.s.collidit̃ præcedentẽ uocalẽ corripi.Lu
cillius Nũc põtes tyberios duo ĩter captos catillo.Quod ueteres ẽt
S.sequente uocali abiicitur. in soluta orone in oĩbus terminatis in us cõsonãte sequente fecisse
ait Cicero.ut omnibus princeps dignu loco idest oĩbus princeps &
dignus loco.aliqñ sublata.S.uocalis lõga breuiatur ꝑpter seqñtẽ
S.quare figurã cõtortã habeat. uocalem Iuuenalis.quũ possis honestius illic. Horat. sterilisq; diu
palus aptaq; remis:ita ut in possis & palus extrema.s. abiicitur.&
nõ ĩmerito cõtortã accepit figurã quia serpẽtinum reddit sonũ eo
ꝙ serpẽtes spina uolubiles se torqueãt. aliquãdo abiiciebatur cum
S.cũ uocali collidit̃. superiori uocale.Ennius annal.vii.Contentus atq; beatus scitusq;
secũda loquẽs in.& sic legito apud Gelliũ hoc carmen lib.12.ca.4.
Carmen in gel. emendatum. Vergi.Inter se coisse uiros & decernere ferro. ubi Seneca tñ legit
cernere.qđ ita sit legito Seruiũ.2.comen.super eo uersu.limĩa tecto
S.liquida nunq̃ in eadẽ dictiõe. rum mediũ.q.i.p.h.¶ S.liquidã fuisse idest collidi in una dictiõe ꝑ
cedẽte muta posse nusq̃ crediderim.quũ ẽt Donatianus(nisi aucto
rẽ mentiat̃ opus)uel sic Fortunatianus(ambos teneo classicos) po.
nit tantũ mõ liqdas.l.m.n.r.Donat⁹ uero ait sequẽte.s.semiuocalẽ
& liqdã posse facere syllabã cõm Hinc nõ possũ cõtinere risũ quũ

aliqui Diomedem taxent dicentem.S.aliqñ uim hře liqdæ:ut Ponite spes sibi quisq; suas:& apud Lucil.infantibus ꝑuis. opinátes Diomedem hoc dře quasi bus corripiaꝛ.qa.s.liqda sit sequente.p.dicát mihi an liquida:an muta debeat præcedere.ꝑfecto muta ut pris libri:si uero liqda mutá ꝑcederet ét arpos breuiari posset qđ nó inueniꝛ.Iõ apud Lucilhú.s.abiiciꝛ.ꝑterea ut retulimus ait Donatus.s.semiuocalé cú liqda posse cõem reddere syllabam. set & hunc penitus Donatum non admitto:qa exemplú nó ꝑfert in eadé dictione.quo ꝑlato fidé adhibuerim.Set ut reuertamur absq; temporis distitio innuimus Diomedé dře.s.uim hře liquidæ eo q; collidaꝛ ut infantibus ꝑuis.sed quo ad primú exéplú illú nó admitto. ná ponite oío .e.breuiaret & si minime.s.sequereꝛ illud adnotandú existimes st.ut inferius narrabimus sine uocali fuisse syllabam.mox cognitu aptú est inter duas uocales lógas aut prima lóga existéte sæpius antiquos.s.geminasse ut caussa dessignator.qđ & í aliis lřis fecisse nulli dubium est:ut Paullus Sallustius. Victorinus tñ ait nullas quodá tpe geminatas litteras.ut Lucullus.Set supra quá erat geminatióe opus hác adnotabát figurá.Ͻ. idé inqt.c.&.m. iuxta minime antiquos po uisse ut alcmena illi alcumena.tñ post illú Cæsar dirupit moré.Item.s.p.r.ponebant ut fusius furius.filř & ꝑ.r.ut a.rhamnúte rhánusius.℄ T.mutá longari & breuiari in fine docet Capella.

Diomed. neq; intellectus.
Donatú ñ admitto.
Diomed. defendiꝛ.
St.syllab.
S. geminabaꝛ.
Ͻ. in geminandis adnotabaꝛ.
S.ꝑ.r.
S.pro.r.
T. ábigua.

℄ De.X. Cap. xlvii.

X (ut aliq referút)q; ꝑ dup'ici poniꝛ.ideſt q unú contineat tps Diuo Augusto impante quedá Sylutú ludi magém addidisse nouimus. eo tpe quo.z. litteram q pro duplici.ss. poniꝛ inuentam dicunt.X.iõ duplicem cõsonantem adpellamus qñ ꝑ.g.s.&ꝑ.c.s.substituimus.Antiq enim ducs qa a duco: regs qa a rego ꝑ dux & rex scribebát.x. aliqñ natura lóga est ut pax lux rex uox. aliqñ positióe ut fax nex nix nux nox exitiú.ut in.v.epog.ad fatim declarabimus.ubi de.x.in fine dictióis.q; dicat sergius.x.cõem reddere syllabá naucifacio.ait ille esse lógam.ut nox ruit ænea.breué: ut conduxit littora xerses.Sergi responde an sint in eadé dictione. immo littora ra breuiat ob regulam.& in exemplo Nox ruit ænea licet esset breuis quo modo dignosceretur sequente propter.r. posi tione.Set Probus aliud idoneius attulit exemplum Nox erat.Quá ideo habemus teste Beda propter græcas dictiones.simili errore cæcutit Nicolaus ferretus in hoc tumidum super æquora xersem.dicens.x.pro simplici haberi.quasi uelit innuere ra nisi esset.x. simplex non posse breuiari:quod a doctis adprobari non uidemus & ne tam cito destituatur littera. dicamus quare ab.i. in prolatióe

X. unius é téporis.
X. a quo inuenta.
X.qñ íuéta
Z.qñ íuenta.
X. ꝑ.c.s. & ꝑ.g.s.
Serg.bis falliꝛ.
X. pp græcas hémus dictióes.
Nico.ferreti.error.
x. qre ab.i. incipit.

incipit. Eutropius scribit unam duplicem. x. esse: & ideo ab. i. incipere quia apud græcos in. i. definit ut. ξ. xi. Hac deniq; littera Quintiliano teste tam carere potuimus q̃ si non quæsissemus: quod & innuit Sergius. & quia. z. duplex item est peruerso ordine de ea littera dissēramus.

X. carere potuimus.

¶De. Z. Cap. 48.



Pro duplici haberi & unius esse temporis grāmatici præcipiunt: quoniam antiquitus patrisso ꝑ patrizo dicebāt aliquando pro simplici haberi: idest tantū medio cōstare tempore Beda admonet: proferens illud Iuuenci. Et gaza distabat rerum possessio fulgens. Prudētius quoq; in amart. Set gens pherezea sagittis. Triuiales instruunt in perizoma. 3. pro simplici haberi. quid. Baubantur feces murcidæ: non ne peri idest circum præpositio græca omnino breuiatur? & si. 3. duplex est. Antonius Nebrissensis alioqui eruditus legit perisoma taxans le gentes perizoma quare id faciat ipse uiderit. Scio apud græcos reperiri περιξωμα: idest perizoma & περισωμα: idest perisoma: nam primum uenit a ξωμα: idest cingulum & potest dici omne quod circū cingit: secundum uenit a σωμα: idest corpus & dici potest uestis. Vnde Hieronymus in instrumento ueteri & fecerunt perisomata idest inuolucra quædam pro uestibus. super hac littera an Diomedi: & Martiano capellæ astipuler in. 2. uideto epogr. ubi de positione differo. Huius inuentio litteræ quando fuerit paulo supra adnotauimus. Hoc non est prætereundum fuisse damnatam ab Appio claudio eo quod dentes mortui dum exprimitur imitet: quod etiā diximus in litterarum prolatione.

Z. duplex. Z. unū tēpus hēt. Z. mediū tēporis esse aliquādo. Triuiales errant. Antōii nebrissensis icuria. Perizoma Perisoma ξωμα σωμα Geneseos locus Z. a Claudio dānata

¶De. Y. Cap. 49.

Y Palamedis littera uel ut alii Pythagoræ: quam eruditi ia: indocti phia appellant: inter uocales habendam censemus. ad scribendas dumtaxat græcorum dictiones ut lycophron. quæ aliquando apud nos in. u. uertitur ut μαρσύπιον marsupium: & aliquando non mutatur teste Verio flacco ut labyrinthus. q̧ re uera. y. in. u. uertatur innuit Plautus in argumento Amphitruonis. nam si omnia Plauti argumenta accipias. primasq; litteras carminum simul iungas uidebis nomen fieri comœdiæ: quod difficillimum puto. Hanc lugubrem adpellatam Seruius & Vrbanus scribunt grammatici. Itaq; lugubri relicta littera: tandemq; diis fauentibus ducta ad umbilicum prima secundam exordiemur Epographiam. hæc est: attende lector. « xit iam exit.

Y. a quo inta. Ia. Phia. Y. in. u. Plauti argumēta nomen fabulę habent.

Jo. Fracisci Quintiani Stoae Poetae Laureati de syllabarũ quãtitate. Epographia secunda.

¶ Prohemium.



Vum ex litteris: quas primã materié uocis humanæ idiuiduam dixit Apollonius: exorianť syllabæ: ex syllabis dictiones: & ex dictiõibus fiat or̃o. nõ dissentaneũ fuit lr̃is syllabas subiũxisse. conabor nãq; incõniuenti cura: oculata diligẽtia: defecato studio concinnes adaptare trãsitus. ut inter uiã & diuerticulum nullũ omissi itineris uideať dissidium. A capite enim ad humerorũ cõpaginẽ: nõ ad pedis uestigiũ inaudita ꝑgrediar trãgressiõe. ut nõ solũ hoc nostrũ Opus flosculis: ac gemeis reb⁹ floreat: set ẽt oportunis neruis: & nexibus nõ dissonis cõpactũ uideať. en ecce emergũt Syllabæ. de syllabis disserã. studiose itẽde.

Syllabæ ex litteris. Dictio ex syllabis. Oratio ex dictiõibus

¶ Quantum referat syllabas nouisse. Cap. I.



Vum itaq; syllabaꝝ sese offerat diffinitio nõ possuꝫ qn aliqua prius intertexã. qbus nõ tm̃ iuuenũ allicianť animi. set quorũdã puicax disrũpať cõtumacia. q quum minus lr̃aꝝ elementa pcipiant nec syllabaꝝ qdẽ mẽsiones ꝑcurẽt. Heu quo se nostrũ uergit æuũ? quo peruenimus? Oẽ in barbariã studiũ cadit. Vbi nũc rei latinæ studiũ? ubi uerboꝝ pcæpta concinnitas? ubi dictionũ seruata series? Hem qd referã? quũ hodie tot & tãti oratores (ne dicã aratores) suggestus ascẽdãt: uerba insipida effutiãt: barbarismos euomãt. nõ refero orõnũ enerues nexus: sellularias inuẽtiões dispositiões q;: qñ nõ dicere prõptũ est: quũ tot sint: set cõqueror uerba ꝑperã effusa trãsco cõcionatores (ut aiũt) sacerdotes triuiales leguleos philosophos qui nr̃a hac tẽpestate an breues an longæ sint syllabæ (ah malũ) ne manum qdem uertunt.

Oẽ in barbariam studiũ cadit.

O latium o sohiæ quondam domus inclyta phœbo
Gloria romulidum: ferus omnia barbarus hostis
Abstulit: ausonioq; opici dominanť in orbe.

An ignorant hi fæcis proretæ nil pronunciatiõe pulchrius nil magis eloquẽti facundia uoluptificũ. adsint ciboꝝ multimoda genera ad geratim cũmulata: pluriiugæ aceruatim cõgestæ dapes: quas nisi bñ cõcinnauerit Apiti⁹: facile ut diobolares despiciá ꝗsquilias. Sic aliqs sit Isæo torrentior: Cicerone uberior. Salustio eloquẽtior. Liuio candidior. Plinio doctior. Quintiliano Tonantior: & absq; syllabaꝝ mensu suum negociũ enũciet: ꝑfecto nec hortulanis placebit: quoꝝ olera sine cõdimento nil sapiũt: & nimiũ putent. O fustibus sanandá stultitiá autumantũ apud Poetas solũ: nõ penes oratorẽ seruádá musarũ cõpaginẽ: qd me retinet? uix inhibeor qn linguam furcillis eradicẽ: aut pugno malas edẽtem. legát obsecro qd

Plauti uerba.

Lydus in bacchidibus dixerit Plautinus: cuius hæc uerba sunt. Tu librũ legeres si uná peccauisses syllabá fieret corium tam maculosum q̃ est nutricis pallium. qd igit̃ istoꝝ coriũ? quũ nõ uná set sexcentas delirantes ꝓnuncient syllabas: fiat maculosum? at fenestratum ut neqdem cribris sit idoneum. Quid insup noster dicat Apu-

Apulei uerba.

leius floridoꝝ primo diu noctuq; rimenť: qui hæc sacrosancta nõ minus uere quam scite retulit. Quis enim uestrũ unũ mihi solœcismum ignouerit? qs uel uná syllabá barbare ꝓnunciatá donauerit? hei mihi si receptioris fidei auctor Apuleius in una hæsitat. qd hi in centum millibus? Huc huc pædagogi cæteriq; pueroꝝ doctores transuolẽt: hoc enitanť ut adulescentes instruant: rectos lraꝝ edoceát tramites. Vosq; adulescentes oẽs oĩ studio conemini syllabas accentusq; imbibere: qbus in latino eloquio nil clarius est expetibi-

Syllabæ qd faciát.

liusq;. syllabæ nãq; linguam erudiũt: sermonem adaptant: rusticitatem abigunt: barbariá expellũt. Hæ ꝓculdubio sunt qbus oro consonat: uerba cantilant: dictiones exultát. Istæ deniq; doctis habiles: indoctis opportunæ: mediocribus idoneæ: oẽm leniunt suauitatẽ. Hæc acrius dixisse uolui ut apud me nil indecentius fore existimes q̃ hosce audire blaterantes. Set iam ad diffinitionem eũdum est.

De syllaba. Cap. 2.

Syllaba quid.

Syllaba unde.



Yllabam (ut grámaticorum diffinitio est) comprahensionem esse sub uno accẽtu: & solo spiritu patet. & dicit̃ απο του συλλαμβανειν τα γραμματα eo ꝙ conglutinet litteras ac complectatur: uel dicitur ꝙ iunctis litteris sonum simul accipientibus informetur. quodq; temporis sit capax. Et sciendum est syllabas suũ habere elementum: quod produ-

Elemẽtũ litterarum

Elemẽtũ syllabarũ.

ctionem dici ait Priscianus. Set inter litterarum elementum & syllabaꝝ hoc distat: ꝙ litterarum elementa sunt ipsæ ꝓnunciationes. Syllabaꝝ uero sunt ipsæ ꝑductiones. Mox cognoscẽdũ est nullam

syllabã plus tribus consonantibus iuxta se positis(ut in primo Priscianus ait)cõtinuare posse: & usq; ad sex litteras posse ascendere. Aldus tamen Manutius utriusq; linguæ reparator ad septem scribit ut Striglx:qua dictione utitur Vitruuius:set adnotes apud barbaras uoces plus tribus consonantibus syllabã iuxta se positis cõtinuare posse:ut lintprandus: lege Paulum diaconum.syllabæ tres esse partes Martianus Capella.3.demonstrat.scilicet iuncturam fastigium & longitudinem.de quibus ipsum legito. Omnis demum syllaba a uocali non a consonante fit.Inueniri tamen.St.syllabam sine uocali superius demonstrauimus:quæ uox silẽtium persuadet. Nam Verrius longus ait inuentos esse quosdam: qui & sine uocali putent syllabas fieri.aduertimus nãq; apud comicos St.pariter scriptas litteras:ut apud Plautum inuenies:quod & adnotauit Pius fidus interpres.emaculato igitur.Pomponium lætum in suis grammaticis institutionibus ubi ĩpressorum errore ist pro.st.scriptum inuenies. ¶Syllaba quoq; in omnes potest desinere uocales:& in has consonantes.c.l.m.n.r.s.t.x.ut ara mare gummi sermo cornu lac mel donum nomen pater flos caput dux.In.b.sunt indeclinabiles ut ab in.d.unum est nomen dauid quod barbarum est:ut ẽt nagidi in.6.legito epograph.& præpositiones aliquæ:& aduerbia quædã ut ad haud.In.g.nisi apocopatũ ut uesperug:quod erat in solis puluinari iuxta ædem quirini:quod uesperuginem accipimus. legito Quintilianum In.p.est uolup apud Ennium: quod referemus in quinta epograph.In.h.sunt etiam ut uah larth latius uide in.5.ubi de.H.in ultimis fit mentio. ¶Syllabarum formas primo a Linceo cui nomen Leneus fuit seruatas fuisse apud nonnullos inuenies. Vnde Isidorus æthimol.primo.cap.15.ait Linceum Dionysium syllabarum omnium singulas formas aptissimas fecisse: & ob id statua honoratum idem affirmat auctor.

¶Syllabæ accidentia. Cap. 3.

SYllabæ octo accidunt. ¶Tenor quem fastigium nos: græci προσῳδίαν adpellãt.& est triplex.acutus:grauis: & circũflexus. Acuto nãq; uox tollitur:quam grauis deprimit.aspice Priscianum & cæteros:q; tenor pro accentu accipiatur Vellius Celer innuit: ut uideri inferius põt:sed latius diximus & nos in libro de accentu nr̃o:ubi cõtra Quintilianũ aliq̃ nec spernenda dixim⁹. ¶Spiritus q; duo sunt scilicet lenis & asper. Asper ubi pauciores uocales sunt cum.r.littera ut scrobs: auctor Plinius. uel.l. ut puls. Lenis est ubi uocales duæ sunt ut deus musa. Varro(Diomede teste)ait syllabarum alias asperas ut tunc

Syllaba quot cõsonantes hr̃e potest.
Aldus contra Prisci.
Striglx.
Sylle tres partes.
St.sylľa absq; uocali.
St.silẽtiũ innuit.
Põponius emaculat⁹
Vesperug.
Volup.
Liceus primo sylla. formas seruat
Linceus statua honoratus.
Tenor.i. accentus.
Quĩtian⁹ librũ de accentu composuit.
Spiritus.
Syllabaꝝ diuersitas.

erux trans. Lenes ut lana lima. Proceras quando plurisyllaba dictio in longam finit ut facilitas. Retorridas quae mutam extremā habent ut hic hæc hoc ac. Barbaras ut gaza. Querulas ut hymnus xenon. Duras ut igitur. Molles ut ædes. ¶ Tempus quod a metricis atomum dicitur syllabæ accidit. nam omnis syllaba aut longa: aut breuis: aut communis. & si longa: uel ut ait Quintilianus porrecta: est διχρονος idest duo continens tempora. si breuis μονοχρονος idest temporis unius. quum autem longam enunciamus tantum temporis conteritur quantum in duarum breuium prolatione. Si communis unius est cū dimidio: quod pficitur uniuscuiusq iudicio: nec est mirum nam in patris quando pa longatur est positio qa. a. unius est temporis. t. & . r. alterū conficiunt. qñ uero breuiatur. r. liquida colliditur: & tunc est unum tempus cū dimidio: nam quæq cōsonās medii temporis est. Syllaba nāq apud metricos (Donato teste) semipes dr. ut ī cæsuris pētememere & heptememere: q̄s & in primo æneī. uersu reperimus Arma uirūq cano. itē Arma uirūq cano troiæ. Quam uaria sint apud græcos tempora diximus ubi de pedum accidentibus facta mentio est. ¶ Numerus quia Prisciano auctore non minusq̄ unius: nec plus q̄ sex litterarum apud latinos inueniri potest. Licet ille septem inuenerit litterarum. ¶ Sistole quum syllaba naturaliter longa corripitur: ueluti est apud Laberium Voluerunt multi effugere pauci potuerunt. in quo senario erunt in carminis fine iambus est. & ut in Eunuchi prologo Terentius emerunt dixit media breui si Donato credimus. similiter Vergilius. tulerunt fastidia menses. ¶ Ectasis quum syllabam natura breuem protrahimus. Stati⁹ theb. 2. Apparet ut celsum crebris arietibus urbis. Sic apud nos Facundusq comes comites in itinere dicit. hinc Maturantio penitus non hæreo dicenti ectasim esse apud Ouidium metamorpho. 6. uitam dederitis in undis: quū non sit. Discas Phineu præceptore Quintiano. Nam si præteritum est subiunctiui longatur. si futurum breuiatur. ergo differentiæ cā præteritum longamus. Ennius Non mi aurum posco non mi præcium dederitis. Ouid. Vtilis hæc nobis si dederitis erit. Idem Consulis & limen contigeritis erit. Idem meta. 2. Videritis stellas illic ubi circulus axem. ecce ibi breuiari ea qua dixi ratione. sic Lucretius nat. 1. Quas ob res ubi uiderimus nil posse creari. & ne me nugiuendulum opineris auctoritatem Seruii demonstrauero dicentis cōmentario. 6. super hoc. Namq ut supremam falsa inter gaudia noctem Egerimus nosti ri metri necessitate longam corripuit: qd etiam ait Probus. Præterea Diomedes ait futurū subiunctiui in

Tempus atomum

Quare cōmunis syllaba unius cū dimidio tēporis est.

Syllaba semipes.

Numerus.

Sistole

Ectasis.

Maturantius refellit.

Scitu pulcherrimū.

prima & in secūda persona pluralis numeri syllabā corripere:quā
differentiæ(ut puto)causa præteritum(ut ait)perfectum producit.
Probus tamen dissentit dicens in subiūctiuo oium cōiugationum
in præterito perfecto & futuro primas & secūdas penultimā lōga Probus a
re pluralis numeri personas:ut apud Catullum.Dehinc quum mil Diomede
lia multa fecerimus.quod si Georgius sciuisset Valla in idem uer dissentit.
bis cōmunem eē dixisset nunq̄. sit quoquomodo Maturantius fal
litur.¶Diæresis:quæ & Dixeusis: est quum una syllaba in duas se Georgio
paratur.Ennius Arbustum fremitu syluai frōdosai. Vergilius Au ualle ñ he
lai in medio .l.p.b. pro syluæ frondosæ aulæ: tamen inferius ibi reo.
diphthongum esse edocere conabimur: & si in ai non in ae Io. la Dieresis.
nuensis diæresim fieri contendit.¶Synæresis est quum duæ sylla Dixeusis.
bæ in unam contrahuntur.ut est apud Varroné.Quū cœlesti deie
ctum fulmine phæthon.& quoties fit in carminis fine nō oportet Synéresis
ut sequens a uocali incipiat uersus. Vergilius nec cura peculi. se
quitur eni.Quāuis multa meis. Quid sentiam de iis dicētibus fur
tumq; pmethei:esse synæresim hic non ab re fuerit enúciare:quos Aliquorū
errori obnoxios dīiæ nō uerebor.in quorum suffragio Seruius est error.
æglogā.6.super hoc. Aut ut mutatos teri mutauerit artus. ait ille Seruius in
teri pro terei p synæresim ut superius furtumq; promethei:pfecto constans.
Marius incōstans est. & uersipellis:& ut pronius secundum me(ut
Valerius ait)herbā ac litem des:uerba eius p oaui. quæ in.viii.inue
nies cōmentario.Omnia aút quæ in eus diphthongum exeunt ho
die apud maiores in es exibant. ut nereus neres tydeus tydes: & ge
nitiuū in is mittebāt ut neris.tydis: sʒ quia plerūq; in latinitate.s.
detrahitur.i.littera remanet:ut est illud nato te filia neri.ergo fur
tūq; promethi similiter:nā aut in neri quod in teri debuisset dicere
aut e regione.uel ubiq; ponendum erat Tortellius risum ciet in di Tortelli
ctione Tydides dicens Seruiū quum referat in eus diphthongum error.
nomina apud maiores in es exisse ut nereus neres tydeus tydides
innuere q̄ tydides nō fit p̄tronymicū set principale.Quid ais Arre Seruius a
tine?an cōtaminas Seruiū? na Seruius dat exempla ut nereus neres uitio defē
Tydeus tydes non autem tydeus tydides ut perperam legis.Regu sus
lam: quam dedit Seruius :confirmat grauis grāmaticus Asper. Et
quia de nominibus in eus diphthongū fit mētio:hic admoneo nō Seruius nō
esse audiendū Seruium super hoc.Iam ualidā illionei nauem: di audiēdus.
centem ibi esse datiuū pro genitiuo ita ut legatur illioni.Quid re
feram quanta moueat uertigine sensum.Ego uero genitiuum esse
propter regulā quā nuper recitaui: aut ei esse in.i.uersam dixerim Seruii er
& quia nuper Seruio reclamauimus succurrit eiusdem quādo uno ror.


Mi bládé tis aduerbi um. auulso non deficit alter) nõn minoris secordiæ error. legitur nanq; in.vi. Vergilii: O uirgo noua mi facies ubi ita Seruius dicit Sciendũ esse pronomen mi nunq̃ in synæresi uenire: ne blandientis incipiat aduerbium esse: & licet aliqui huius loci nitantur exemplo non procedit uel quia unum est exemplum: uel quia blandientis esse potest aduerbium: hæc ille. Quid ais Serui? tui proculdubio me pœnitet: quum mortuaria infantissime loquaris. ego uero mi pro mihi reperiri asseuero. itaq; non unum erit exemplum. Ennius Non mi aurũ posco non mi precium dederitis. Ouidius meta. ix. Nec mihi cẽtauri potuer̃ resistere nec mi Arcadiæ uastator aper Horat. ego met mi ignosco mæuius inquit Iuuenalis saty. x. Non dubium magna est fornacula pallidulus mi Brutidius. m. a. m. f. o. a. Vergilius. 6. & mi genus a ioue summo. apud quos mi idest mihi accipiẽdum est. Præterea scito teste eodem Mario præhensus & nehemens modo duarum: modo trium esse syllabarum: quod uatum auctoritate comprobatur: Modestinus Impositumq; patrem collo dextraq; præhensum. & nõ credas in Vergiliũ argumenta esse Ouidii: set esse Modestini iurisc. hæc obiter dixi ut ab exẽplo℞ nõ amouear ꝓposito Ouidius met. xii. R. q. c. trahit̃ noua nupta præhensis. Idẽ pont. iii. Officiũ nemo q̃ rephẽdat erit. ecce hic præhendit trisyllabum. Idẽ met. xiii. C. t. c. deprahẽsus ulysses ecce præhẽsus dua℞ syllabarum. Pruden. Præceptor uehemens eundo firmat: est autẽ phalecum carmẽ ubi post spondeum est dactylus: & q̃a aliæ primæ: aliæ mediæ: aliæ ultimæ sunt syllabæ tribus in sequentibus epographiis oẽs digessimus. nũc restat ut qũo prima dignoscatur syllaba recenseamus.

Mortuaria loqui.

Mi ꝓ mihi

Præhẽsus. Vehemẽs. Argumẽta in Vergili. sunt Modestini.

¶ Quot modis primæ dignoscuntur syllabæ. Cap. 4.



Syllabas cuiuscũq; dictionis primas octo modis dignosci uno ore testantur omnes. nos modis nouem uel posito pignore differemus scilicet diphthongo: præpositione: positione: compositione: deriuatione: uocali ante aliam: Regula: exemplo: simplici aut duplici similium litteraℛ cõiũctiõe: hoc nulli ante me uiderũt: nec adnotarũt: & prio.

Oĩum in curia.

¶ De diphthongo. Cap. 5.



Diphthongus (si Probo credimus) est quãdo sunt duæ uocales simul iunctæ. Diphthongos esse quattuor latini idiomatis Priscianus cæteriq; affirmant: & dicũtur quasi habeant duas phthõgos idest uoces. Præter quattuor diphthongos: quæ & pueris sunt cognitæ antiq̃ alias tres hẽbant. s. ai. ei. ou. uetustissimi autem more græco ai pro æ scribebant ut aulai musai aquai. ei pro. i. ut ueia uia puerei pueri. Sic apud Vergiliũ

Diphthongus unde. Phthõgus Ai pro ae. Ei pro i. Ou pro u.

antiquitatis amantissimum furias aiacis oilei. Idem. Iam ualidam il lionei naué i.f.a. Idem furtūq; pmethei. super qb⁹ supra rettuli nec spernéda cōtra Seruiū. Terētianus uoluit hác eé qntam:qa eitur scri bédū putauit p itur. sic oueis p ouis. omneis p oís pluraliter dixit. Ou in u. ut fouri furi. uñ non desunt q upilio p opilio dici edoce ant. Illud addendū est antiquos Vocalé pducendá geminasse ut fee lix uiirtus: & quia latius apud aliquos de diphthōgis habere poteris nos prius seiugatis: quæ operi nostro inserenda iudicatum est: repo nemus. set prius ex supioribus felix sine diphthongo scribi edisces.

Vocalis lōga gémina batur.

Felix sine dipht.

De Ae diphth. Cap. 6.

Ae dipht.



AE scribi & non proferri proletarii sciunt. quæ diphthon gus in scansione longatur: ut æneas. aliquando sequen te uocali in compositis breuiat. Vergilius St. d. a. sudib⁹ ue pustis. sic in pire pesse. quá longauit Martianus Cap. primo Præoptare caret s.q.p.a.n.e. Breuiat etiá qñq; in diuersa di ctione sequēte uocali cōtra Seruiū nisi in eadé dictiōe dicenté. Ver gilius georg. i. Glauco: & panopeæ & inoo melicertæ. quod carmé apud quosdam in scansione difficile est. ideo hoc scanditur pacto Glauco: & pano:pææ &:ino:o meli:certæ. inferius uideto ubi de sy nalæpha fit mentio. Priscianus in perhi. (nisi auctorem mentiatur opus: nam aliqui dicunt translationem Dionysii non esse Priscia ni set cuiusdam Rhemnii fanii: tamen semper Priscianum adle gauero) Nunc magno nobis sunt insulæ ore canendæ. Idem Con tinuoq; iacent gymnasiæ has baleares. Vergilius. Insulæ ionio in magno: & si non nulli Terentiano audientes ibi pedem esse uolunt creticum: qui cōstat prima & ultima longa: media uero bre uí. Quandoq; æ remanet longa ac nō abiicitur Vergilius. V. m. n. f. neq; aoniæ aganippe. Ex quo multi decipiūtur putantes in aliqua dictione finalem diphthongum sequente uocali non abiici: qui bus aduersatur Vergilius. Dardanidæ infensi. m. c. s. p. Reperi tur sæpius Ac diuidi Ouidius metamorpho. primo successit ae nea proles. Horatius car. 3. Inclusam danaen turris aenea. est au tem carmen asclepiadeum. Vergilius quod suauis cantat aeden. Vnde multi rusticitatis Fornaculæ: litteratum expertes bubsequæ proclamāt Calpurniū Siculū (ita adpello non Calphurniū: quamq̄ & dici pōt propter regulā: quá dixi in prima epographia ubi de ph. disserui) errasse q; dixerit ægloga. 6. Si dirus superet uocalem aedo na bubo: set uersus inuersus est. sic nāq; legendum præcipimus Vo calem superet si dirus aedona bubo. sic etiá Nemesianus ægloga se cunda. Vocalem longos quæ ducit aedona cátus. hoc enim modo

Seruio ad uersor.

Rhemnius fanius.

Ae sequēte uocali breuiatur.

Ae sequēte uocali non abiicitur & longatur.

Multi deci piuntur.

Ae diuidi Calpurni⁹

Aliquorū nugas ta xo.

Calpurnii uersus ex cultus.

Nemesia ni carmen reformatū

Ouidius a uitio defẽsus.
d3 legi quod uidit Diomedes uidalotus iterpres: nõ aũt ut in tritis codicibus est. Vocalem longos quæ nõ ducit ædona cantus. reformabis ẽt Ouidii carmẽ: qđ hoc est. Nõ hæc æonides nõ filia phasias ætæ. legito non filia phasis aete. Pro hac diphthongo ai posuisse ueteres: paulo supra uidimus ut siluai albai. In hac dictione iudai
An bene Georgius ualla.
cum diuiliam esse diphthõgum ait Georgius Val. quũ Iuuenalis dicat sati. 15. Iudaicũ edisceũt. ita ingt ille diuisit diphthõgũ ut qui in hebraicũ ꝑ hebræo: achaicũ ꝑ achæo sic iudaicũ ꝑ iudæo: an uero dixerit alioꝝ sit iudicio fidẽ meã nõ obstrinxeri. in hoc scio syllaꝝ structũ refractariũ esse: & exẽploꝝ dissidium. Petat aliqs an apud
Ai diphth. i genitiuo. Ae in datiuo.
antiquos genitiuus & datiuus singulares primæ declinationis uno & eodẽ notaref mõ. Huic rñdet Nigidius q. A. Gellio teste ꝑcipit in genitiuo scribi p ai ut huius terrai. in datiuo aũt p æ ut huic terræ: ex hoc apparet cognitos per scripturam fuisse casus. Quærẽtes alii an æ & œ sint ex una lra: aut ex duabus: risũ incutiũt, quũ nulli dubiũ sit quin sint duæ quod adprobat Martialis. Næuia sex cya
Tortellii error.
this septẽ iustina bibaf. tamen i ꝓlatiõe in unã coeunt. Hic Tortellii errores usum est ponere dicentis phaetusa scribi per diphthongum quũ nulla sit diphthõgus. nam est quadrisyllaba dictio: ut infra adnotabitur. A uia quoq3 discedit in dictione Danaen scribens
Eiusdẽ error.
cum æ diphthõgo enotari. quũ scri per sit trisyllaba dictio ut late diximus in adnotatiõib⁹ cõtra ipsum. Delirat i sup quũ scribat Pa
Eiusdẽ error.
siphen cogitãs trisyllabam: quũ quadrisyllaba sit dictio: Martialis Vobiscũ europe uel ꝓba paliphe. aliter minime posset scandi uersus. Sulpitius quoq3 edocet aliquando poetas per synæresim ex duabus syllabis unam facere ut Fixerit æripedem ceruam ꝓ æripedem ego uero Vergiliũ dico absq3 sinæresi dixisse: quia æs bisyllabũ nõ
Sulpitius aliqui lapsitant
est sed monosyllabũ. Ideo in exemplo lapsitat: cuius & alii sunt municipales: nisi forte uelint adpellare ceruam æripedem uelocẽ: qđ aerios idest leues hẽat pedes. nos melius qli æris pedes habentẽ ut hẽbat cerua quã cœpit Hercules. nõ ignoro tñ Lucretium. lib. i. dixi se. Tum glacies aeris flãma deuicta liqſcit ubi aeris bisylla fit di
Vergilii locus.
ctio. sic & Ausonius. Vincunt æripedes ter terno nestore cerui: ubi ab aere uenit æripes.

De œ diphth. Cap. 7.

œ
Oe aliqñ diuiditur.



E scribẽdã & nõ ꝓferẽdã oẽs edocent: ut phœnix. & ꝓ lõgaf: q diphthõgus aliqñ diuidif Lucreti⁹. 4 Si qs forte mãu ꝓmere: & siccare cœpit. qđ idẽ fieri apđ græcos Priscian⁹ testaf: & sciẽdũ ẽ aliqñ œ diuidi & o lõgari Seneca in troa. Quæ sub œtæ latebrosa syluis. i quo saphico œ spõ

deus

